VITT. EMAN

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
9 D
34

PETRI PITATI VERONENSIS
MATHEMATICAE PROFESSORIS, PASCHALES ATQVE NOVI-LVNIORVM MENSVRNI CANONES.

De varia paſchalis ſolemnitatis obſeruatione.
Quis primus ſit paſchalis menſis.
De ætate lunæ diuerſimode numeranda.
Quæ ſit quartadecima luna.
De vernali æquinoctio, atq; eiuſdem anticipatione.
De lunari anno per aureum numerum ſolari inſerto.
De hebraica anni quantitate.
Paſchales termini iuxta aurei numeri obſeruationem.
Aurei numeri exorbitationes.
Errores tres in paſchæ celebratione, quæ ex decēnouenali cyclo proueniunt.
De aurei numeri, vſualis anni, atq; æqnoctij ſedis emēdatiōe.
De vero dominicæ paſſionis, atq; eiuſdem reſurrectionis die.
Calendarium nouum cum noua aurei numeri poſitione, ortu quoq;, & occaſu ſtellarum fixarum.
Per aureū numerū cōiūctiōes quaſq; veras, ex noua auctoris eiuſdē additione poſt medias ꝑpetuo, & q̄ faciliter īuenire.

VENETIIS, M. D. XXXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

5,16: 6_13

PETRVS PITATVS VERONENSIS

BEATISSIMO PAVLO TERTIO PONTIFICI

Maximo ſempiternã fœlicitatem exoptat.

COnſueuere olim Patres noſtri occidentalis Eccleſię,pri
ſciq́; illi Romani Pontifices,ſiquando ambiguitas vlla
ipſorũ animum ſuſpenderet, ne in celebritate Paſchali
paululũ quidem vltra paſchales terminos, aut menſis
primi limites aberrarẽt,poſthabita ambitione,ac men/
tis tumore omni,vbi dei timor,ac reſurrectionis dominicę myſteriũ,
vel noſtrę conualeſceret,Alexandrinũ vtiq; Antiſtitem in talibus cõ/
ſulere,nec ab externis etiam ægyptijs de Luna quartadecima, & pa/
ſchę celebratione edoceri cõtentempſere, vt ab eiſdem ſolemnitatis
paſchalis rationẽ addiſcerẽt. Sic Leonẽ primum Pontificẽ Maximũ
Protheriũ, nec non Theodoſium Imperatorem religioſiſſimũ Theo
philum ęque Alexãdrinos pręſules,atq; ita plurimos alios egiſſe cõ/
perimus.ij & enim Mathematicã,ſtellarumq́; motus præ cęteris eò/
tunc apprime callebant.Ex quibus lunaris menſis primi ratio pro pa
ſchę indagatione dependet.Quippe ijs in quartadecima luna inda/
gãda per priſcos patres Nicenę ſynodi prouincia delegata.Quod at/
tamẽ ſi quo tempore conſentaneũ, vel opportunum ob diuerſitatem
calendariorum inter gręcos,& latinos extitiſſe probabimus,quanto
magis temporibus iſtis,vel etiã tranſactis,nõ modo condecens,verũ
etiam neceſſariũ argumentabimur.Quũ tunc temporis diuerſitas tã
tum aliqua in calendarijs,nunc autẽ collapſus,atq; exorbitatio ma/
gna etiã vulgaribus,nedũ Mathematicis omnibus paſſim abſq; vllo
conſpicilio lõge proſpiciatur.Hoc pręuidens auricomus Sol ille(in/
quã)qui eſt ſplendor glorię,& figura ſubſtantiæ patris:ſommo cœli
cardine collocatus:Iouiſq; ſtellam fęliciori luminis claritate,hoc eſt
eccleſiam ſanctã,atq; catholicã longe proſpiciens,vt ipſi ſacrũ diem,
atq; dicatũ,reſurrectioniſq́; ſuæ memoratiuũ illuſtraret, neué antea
inſtitutos terminos à vera illa Chriſti Domini reſurrectiõe, aut lõge
à vernali ęquinoctio elongari pmitteret ſummũ,ac pręcipuũ ſacro/
rum Antiſtitem Pont.Max.Paulum tertium Romanę,vniuerſaliſq;
eccleſię principem,ac patrẽ elegit.Cui nõ modo eccleſiaſticę inſtitu/
tiones,cunctaq; veterũ,ac ſanctorum decreta patrum,verum etiã ar/
tes omnes mathematicę,omniſq́; aſtronomica diſciplina,vel ſuppu
tatoria,ac ſi cœlo ſpaciaretur,haud ſecus luce clarius innoteſcerẽt.Ce/

dant igitur huic, quæſo, Alexādrini veteres illi, atq; antiqui præſules (quorum quidem, ſi vel nunc ſupereſſent, nullo opus eſſet cōfugio) verum etiam Mathematici omnes huiuſce temporis. Nec prædeceſſores tuos, (inquam) ſilebo Beatiſſime Præſul. Qui licet bonarum artium ſtudio imbuti ſi tamē prima tantum mathematicæ artis, vel ſupputatoriæ rudimenta mediocriter calluiſſent, non tam comperendinatum opus iſtud, aut neglectum extitiſſet. Quum non mea (qui mathematicorum omnium minimus equidem mihi videor) ſed reuerendiſſimorum cardinei cœtus Nicolai Cuſani, Petri de Aliaco, ac Foroſempronienſis Epiſcopi Pauli de Middelburgo, non minus in diuina Aſtrologia, quàm ſacra Theologia conſummatiſſimorum nec non mathematicorum omnium noſtri temporis facile principis Ioannis Monteregienſis, atq; Ioannis Iuſtingenſis, ac aliorum pluriū ſuperinde luculentiſſime exarata concernerent. Nō ſum igitur inſulſis his fretus meis ad te ſcriptis, laconico magis, quàm attico ſermone ex multis in vnum, ac breuiter collectis, neque hæc te hucuſq; ignorare, vel vberius haud quaquam perſpexiſſe putaui. Sed q; tua potius confiſus doctrina, & ſapientia, hoc tantum de te ſperem conſequi poſſe, ad quod ſummi Dei numine videam te illius in terris vicem gerere, vtque pro viribus meis, licet imbecillibus, Chriſtianæ reipu. quàm poſſem, opem ferre non negligerem. Quū maxime aſſidua in nos hebræorum conuitia, ac ſubſannationes aſpiciam, quas reprobi iſti in nos quotidie impingere non deſinunt, tanquam præceptorum ſummi dei immemores exterminationem animæ illius ore proprio comminantis, qui non fecerit phaſe debito tempore domino deo ſuo. Et propterea fari audent in reliquis etiam contingere nos aberrare, qui tam præcipuam noui vel veteris teſtamenti celebritatem abuſionem hanc perpeti ſinamus, ſecundo pluries, quàm primo menſe paſcha noſtrum celebrantes, quod ipſos quondam ſolitos duplicare competitur, vt ſi quando altera die in lunari computo fallerentur, altera perpetratum emendarent errorem. Quid q; vulgares, vel mulierculæ etiam noſtri temporis anno hoc inſtanti. 1 5 3 6. feria tertia, ideſt Martis die vigeſimoſecundo Februarij, Lunam nouam aſpicientes erectis cornibus cœlo veſpere coruſcantem, iuxta vulgatam regulam (Primam ſcilicet Martis diem lunæ nouæ Februarij menſis Carniuorum conſtituere) ieiunij Caput per dies octo ante vſum Romanæ eccleſiæ (nec enormiter tamen) cenſuere. Hæc (licet aliter venanda ſit paſchalis ratio) negotio tamen huic pluries adæquatur, quàm aureus numerus decemnouenalis Cycli, modo

longo

longo tẽporis curriculo magis nunc quàm illa, à veritate collapſus, quãuis ęque nõ multum diſpari morbo laborent, pręſertim in ęquinoctij, ac inde menſis primi anticipatione. Verumtamen iuxta veterum, atque ſanctorum decreta patrũ anno hoc inſtãti. 1 5 3 6. Paſcha rectius celebrandum extaret nono Aprilis die, luna quartadecima nobis quinto Aprilis die pariter cũ hebraica eiuſdem obſeruatione contingenti (non autem nono ipſius die iuxta Dionyſiacam inſtitutionem) ex quo paſcha noſtrum ad ſubſequentẽ dominicam diem, non ad octauam ipſius tranſferri debet. Nec minus talem admirando perſpiciet vulgus dicax lunã nouo igne accẽſam anno Domini. 1 5 4 6 Feria tertia februarij menſis. Quid hic? eloquar? an ſileam? Tecum potius eloquar, ſanctitatem q; tuam appellabo, qui hæc noſti Pontifex Maxime. Cur inquam, quæſo, beatiſſime pater lunatio illa, quæ die occurrit ſecũdo Martij anni pręditi, cui? quartadecima poſt ipſum cadit vernale ęquinoctium, iuxta priſcorum omniũ tam latinorum, atque græcorũ, quàm etiam vetuſtiſſimorum omniũ hebręorum ſententiam num primum cõſtituet menſem? atque eiuſdem plenilunium, quod his, nobisq; pariter decimoſeptimo Martij die, quartamdecimam inſinuabit, poſt eiuſdem diei meridiem cadens, ipſis primum azimorum diẽm decimo octauo eiuſdem efficiens, nobis quoque ſubſeq̃nti dñica luce vigeſimoprimo ſcilicet Martij die ſanctũ reſurrectionis diem num denotet? Quis igitur, niſi mẽtis inops, ac cimerijs (vt aiunt) tenebris circũſeptus, ęquinoctiũ decimo, vel vndecimo Martij die fieri perſpiciens ita vulgaribus, nedum mathematicis, per horaria inſtrumenta (ni fecus) deprehenſum, ob illi? firmã, ac ſtabilem in calendario ſedem (perperã tamen) vſque modo obſeruatam, nec nõ ob cycli decẽnouenalis, ſiue aurei numeri poſitionẽ, quæ lunationes omnes (vt etiam in coelo videre licet) longe medias, vel veras etiam poſtergauit: feſtum illud. 2 5. Aprilis die anni eiuſdem. 1 5 46. iuxta vſum Romanæ eccleſię cunctis Chriſti fidelibus celebrandũ (ni ſanctitas tua correctionẽ illam feſtinet) duplici nõ agnoſcat labe, ſitque (vt ſępius) inficī? Altera ſcilicet quod ſecundo menſe contra diuina, vel catholicę eccleſię inſtituta celebratur: altera quoque quod vltra paſchales terminos, nec ī vigeſimãſecundã tantũ lunã quinimmo in. 24. vel. 2 5. cũ magno verporũ cachinno, ac corporũ noſtrorum detrimento ieiunijs, ac ęſtu nimio defatigatorũ minus rite tamẽ elongetur. Vnde nequaquã admirandum plurimos, praue tamen, cõtra vſum Romanę eccleſię à vetitis eo tunc cibis minime abſtinere, quũ iam Quadrageſimã vulgato ſermone, (nec falſo tamẽ) ꝑtranſiſſe putarint. Quã ex

cuſationẽ,erroneã licet)non haberent, ſi modo debito tẽpore paſchą ſanctũ ſtatueretur. Eia ergo ſanctiſſime ac beatiſſime pater plurimis Chriſti fidelibꝰexoptatũ,atq; Chriſtianę reip.digniſſimũ opus iſtud accelera.Quod ſacri quondã Ro.eccleſiæ cardines,nec minus Theologiæ,quàm Mathematicę profeſſores alij tanquã non minus vtile, q̃ neceſſarium ptentarũt,minime quãtum apud veteres, & antiquos eccleſię patres,ſummoſq; ſacrorum Antiſtites, ac religioſiſſimos Imperatores Conſtantinũ, Theodoſiũ, & alios fuerit res iſta ponderata ignorantes.Quã prędeceſſores tui vel nõ intelligentes, vel negligentes penẽ olfecerunt. Tu(quęſo ſupplex)ad hoc accingere, tãq; honorificũ,ac beneficientiſſimũ opus aggredere.Cui totius eccleſię ſpõſus benigniſſimus xp̃s Ieſus tibi in terris eiuſdẽ vicem gerẽti ſapientiã,& intellectũ prębuit nõ modo in terrenis,ſed in cœleſtibus etiã diſciplinis,vt rei,ac negotio huic normã, atq; auctoritatẽ tuam iterponeres penes priſcorũ,ac veterũ decreta patrũ,vel quemadmodũ ſanctitati tuę in melius ſanciendũ,vel cõmutandũ libuerit:ita vt Paulina correctio paſchalis normę deinceps merito nũcupet.Accedit ad hoc Imperatoris Caroli quinti Italię aduentus,cuius(ſi modo tecũ aderit) religioſiſſimę,ac Chriſtianiſſimę Maieſtati poſtq̃ verba,ac doctrinã tuã contuleris ſup re iſta,ob prudentiã,ſapientiamue ſanctitatis tuæ nusq̃ vereor,quin illũ in ſententiã tuam facile adducas.Quorũ communi ſententia, & auctoritatẽ (qui eſtis Chriſtianæ reipu.ambo capita)& annum poteritis pro paſchali ſolemnitate congruentẽ,& opportunum,nec multum ab hodierna obſeruatione alienum cõſtituere.Poteritq; ſola,atq; vnica auctoritas tua vel per ſeipſum,vel per põtificale collegium abſq; vlla concilij intimatione (ita canoniſtarum cõſenſu annuente)nouam Calendarij obſeruationem inſtituere, veramq; paſchæ rationem Romani calendarij vetuſtate à rectitudine collapſam; iuxta veros paſchales limites in vſum priſtinum reducere, ac reuocare,cunctiſq; obſeruandam præcipere. Quandoquidem omnium eccleſiarum auctoritas, totiuſq; Chriſtiani cœtus arbitrium, ac iuriſdictionis plenitudo in tua ſit pectoris arca, atq; collegij tui collocata.Quod vtcunq; vel per te ipſum, vel per concilij alicuius diffinitionem in poſterorum obſeruationem, ac Chriſtianorum vnitatem ſanctitas tua perficiat,rem vtiq; eccleſiæ vtiliſſimam,cunctis exoptatiſſimam, Deo gratiſſimam, tibiq; honorificentiſſimam efficies. Vale.Diuq; fœlix viuas pater beatiſſime.

QVÆ TOTO CODICE PER QVÆ- QVE IPSIVS CAPITA CONTI- nentur, ſingula hic habes Candi- diſſime lector.

Primum Caput Epitomes, ſiue Compendij Argumentum con- tinet.

Secundum Caput varium paſchalis ſolemnitatis modum tempore exorientis eccleſiæ, ac ſuperinde ſancitos canones edocet.

Tertium Caput Primũ indicat paſchalem menſem iuxta hebręorũ, atq; orthodoxorũ ſcribentium ſententiam.

Quartum Caput ætatem lunæ diuerſimode enumerat, exinde quartamdecimã iuxta doctorum ſententiam exponit.

Quintum Caput vernale æquinoctium, eiuſdemq; anticipationem cum annua ſolari quantitate depromit.

Sextum Caput lunares annos, ac menſes ſolaribus inſertos, atq; de- cemnouenalem Alexandrinorũ cyclum deſcribit.

Septimum Caput hebraicam anni rationem continet.

Octauum Caput Paſchales terminos iuxta Alexandrinorum de- cemnouenalem cyclum, ac Dionyſiacam formulam vſque modo obſeruatam commemorat.

Nonum Caput Emboliſmorũ, ſiue decẽnouenalis cycli exorbitatio- nes, atq; eiuſdem aurei numeri imbecillitatẽ exponit.

Decimum Caput errores tres in paſchæ celebratione, ex æquinoctij annotatione, atq; aurei numeri inſcriptione decurſu tẽporis exor- tos notat, & colligit.

Vndecimum Caput pro anni emendatione, atque æquinoctij ſe- dis collocatione plurima commemorat, nouumq; vſualis anni re formandi modum exponit.

Duodecimũ Caput decemnouenalis cycli renouationem, atq; aurei numeri reformationem continet.

Tertiumdecimũ Caput diuerſas doctorũ ſentẽtias ſuper veros, atq; medios, & ęquales luminarium motus exponit.

Quartumdecimum Caput Tabulæ Calendarij noui vſum ſiue me- diarum coniunctionum canonem, nec non cętera paſchali ſolem nitati opportuna declarat.

Quintumdecimum Caput diuerſas diſſerit ſententias in paſchę ce- lebratione plenilunio dominica die incidenti.

Sextumdecimum Caput diuerſitatem reſcindit, quæ in paſchę cele/
bratione per quartędecimę poſitionem contingere poſſet. Exinde
eiuſdem indagationem iuxta veteres eccleſiæ ſanctiones, atq; Ca/
lendarij noui vſum exponit.

Decimumſeptimum, atq; vltimum Caput Dominicæ paſſionis di/
em nuper inueſtigatum, atq; eiuſdem Domini verum reſurrectio/
nis diem notificat.

His additur Calēdarium nouum cum noua aurei numeri poſitione
cōiunctiones quaſq; medias luminarium, atq; oppoſitionum pa/
ſchalium terminos denotantis, cum æquinoctij per annos. 304.
annotatione, cumq; ortu, & occaſu ſtellarū fixarum inſigniorum
ad latitudinem Romæ: atq; ipſius vrbis finitorem.

Demum paſchales Tabulæ ſexdecim ſubnectuntur cum proprio ip/
ſarum Canone, iuxta communem vſum aurei numeri vertentis
anni, atque Dominicalis literæ, ſecundum tamen ſanctorum, ac
veterum decreta patrum.

PETRI PITATI VERONENSIS MATHEMAticę diſciplinæ profeſſoris ſuper veros Paſchales Canones Iuxta ſanctorũ, ac veterum Decreta Patrũ, ſummorũ Pontificum, atq; ſacrorum Conciliorũ vniuerſalis Eccleſiæ inſtituta, ſiue ſuper nouiluniorũ, atq; etiã Romani Calẽdarij reformationem breue admodum Compendium Ad Beatiſſimũ. Paulum tertium Pontificem Maximum.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Caput primum Epitomes, ſiue Compendij Argumentum continet Diuino prius inuocato pręſidio.

QVÆ A'. Pleriſq; in hũc vſq; diem cum antiquis, tum neotericis lõge prolixius enarrata, docte tamen, atq; luculenter de celebritate Paſchali ꝑtractata fuere, breuiter admodum recenſuri, vel potius in vnum redacturi, Diuino prius numine implorato, Chriſtiq́; nomine inuocato. Qui typicæ, atq; antiquæ ſolemnitatis paſchalis, vere Agnus abſq; macula per redemptiſerum ipſius, ac pretioſiſſimũ ſanguinem. Quartadecimanorũ ritum ſoluit, in ſuæ mirificę reſurrectionis diem dominicam rite cõmutans. Huius nos ope freti huiuſce tam ſacratiſſimi myſterij diuina oracula, ſancitosq́; eccleſię canones, ac rei huiuſcemodi terminos tum primum enarrabimus. Exorbitationes deinde ſeneſcentis temporis curriculo Romani calẽdarij in annua ſolari q̃titate, obortáq; exinde cycli decemnouenalis, ſiue aurei numeri eiuſdem abuſionẽ explanabimus. Tum his opportuna remedia iuxta Theologorũ, ac Mathematicorũ ſequelam, qui vſq; modo ea in re plurima conſcripſere, notabimus. Diuerſitates aliquas pręterea inter p̃ſatos aliquos ſcribentiũ magisq́; ex his negotio huic congrua diſſerendo (ceu vires ſuppetent) proponemus, cũ cautiunculis etiam neceſſarijs, ne in poſterum inficiatur. Quibus ſingulis capitulis ſigillatim expreſſis, ex prędictorum modulis Tabulam calendario ſubnectemus. Qua numerariæ artis ſemimbutus, vel numeros tantũ colligere, vel ſubducere noſcẽs (quod indoctum etiam vulgus non ignorat) nõ tantum ſacrum paſchale feſtum

iuxta antiquorum decreta patrum, eccleſiaſticasq; ſanctiones, verum etiam coniunctiones quaſq; medias luminariũ, ac oppoſitiones per proprios dies menſium cum horis, atq; minutis in annis. 304. & vltra etiã: abſq; vlla calculi vel ſupputationis nota çquandas per proprium currentis anni aureum numerum, nõ ſecus ac per aſtronomicas Tabulas, in ſuo qlibet venabitur calendario. In hoc tamen exoratos velim omnes Chriſti fideles, ne preſentẽ Romanæ eccleſiæ vſum quiſpiam eliminet, donec Pontificis Maximi, nutu (cui talis ineſt poteſtas) vel vniuerſalis eccleſiæ ſanctione veteres in nouos, ac proprios, verosq; reformentur paſchales Canones. Quod nos vnum tantũ ac præcipuum intendimus.

❡ Caput ſecundum varium paſchalis ſolemnitatis modum tempore orientis eccleſiæ, ac ſuperinde ſancitos Canones edocet.

DIſſentientibus olim Aſianis cum Latinis, ac occidentalibus heſperijs quartadecima luna, feria qualibet interueniente paſcha noſtrum prorſus celebrandum, non q veteris legis vmbras cuſtodirent, verum quia in memoriam cœnç domini commutantes à beato Ioanne apoſtolo, & Euangeliſta, ac ſucceſſoribus ſe ita edoctos aſſererent, Latinis verò, & occidentalibus non in memoriam cœnæ Domini, ſed reſurrectionis exultatione dominica die poſt quartamdecimam primi menſis paſcha facie͂tibus, normamq; hanc à beato Petro Apoſtolo Magiſtro ſuo Euangeliſtã Marcum, ſeq; ab ipſo Marco ita edidiciſſe cõprobantibus. Alijs autem octauo calen. Aprilis. Alijs quartodecimo ab hoc die, hoc eſt ſeptimo idus Aprilis quotannis feſtum iſtud ſtatuentibus. Sanctis ideo placuit patribus, Romanis maxime Põtificibus Iudaicam illam, ac legalem paſchæ conſtitutionem in lege noua penitus abhorrentibus, Dominica die in memoriam reſurrectionis dominicæ poſt quartamdecimã lunam feſtum hoc ſolemniter cõmemorandum. Pius itaq; primus poſt beatum Petrum Pontifex Octauus, in cuius teſtimonium Angelum Domini ita Hermeti præcipie͂tem apparuiſſe legitur, poſtmodũ Annicetus, ac Euletherius eiuſdem ſucceſſores feſtiuitatem hanc dominico die cunctis eccleſijs celebrandã ſanxere. Victor Itidem Romanus Põtifex celebritatem ſancti paſchç die dominica à Quartadecima primi menſis vſq; ad vigeſimamprimam eiuſdem menſis lunam ſolemniter agi debere mandauit. Quo etiam adhortante per primam eccleſiæ ſynodum in Cæſarea paleſti

na celebratam, contra Aſianos quartadecimanos, ac paſcha octauo calen. Aprilis quacunq; feria celebrantes inuiolabiliter inſtitutũ fuit ab vndecimo calen. Aprilis(die tũc eadem, vel pridie ęquinoctio deſtituta) vſq; in duodecimũ calen. Maias paſcha ſacrum celebrari, nec nõ præceptũ domini de quartadecima luna p Moiſem expreſſum obſeruari mandatũ. Vt ſcilicet à quartadecima luna vſq; ad vigeſimam primam, quandocunq; inter dies iſtos ſeptem Azimorũ olim paſchę conſecratos dñicus fieret dies, eadem dominica ſcilicet die paſcha noſtrum celebretur. Quod nõ minus plurimis alijs eccleſiaſticis inſtitutis per ſynodicas eòtunc Romę ſanctiones, Achaię, in ponto, & gallia diuerſis in locis celebratas(vbi ſacerdotalis cõuentus eſt habitus) Iuſſum eſt chriſticolis omnibus ſub Anathematis pœna ita iugiter obſeruãdum. Quum omnes pariter in vnam, eandemq; ſententiam cõueniſſent, Paſcha dominico die à quartadecima luna ad vigeſimã primam primi menſis celebrãdum. Pręterea in Nicęa bythiniæ vrbe iuſſu ſilueſtri Pont. Maximi, ac Cõſtantini Imperatoris chriſtianiſſimi vniuerſalis eccleſiæ habito conuentũ anno Dñi. 322. de Paſchæ obſeruatione antiquum ſtatutum, & decretũ Victoris Papæ, & martyris renouatum, & canonizatum fuit. Quod inter primas, ac præcipuas Romanæ eccleſię ſanctiones de conſecratione diſtin. iij. Gratianus cõnumerauit. Cuius quidem irrefragabilis canonis ſẽtẽtia his verbis explicatur. Celebritatem ſancti Paſchę die dominico agi debere & prædeceſſores noſtri iam ſtatuerunt, & nos illud idem eadem die celebrari ſolẽniter mandamus. A quartadecima vero luna primi mẽſis vſque ad vigeſimamprimam eiuſdem menſis eadem celebretur feſtiuitas. Hoc idem in Antiochena, vel Chalcedone Bithyniæ vrbe æque ſancitum legimus, Omnes ſcilicet qui audent diſſoluere regulam ſancti, & magni Nyceenæ concilij de ſancta & ſalutari feſtiuitate paſchali excõmunicatos, & abiectos ab eccleſia eſſe debere. Sic itaq; (Aſianis licet, & quartadecimanis pluries reſiſtentibus, ac in ſua opinione perſiſtentibus)Romani orthodoxi, ac occidẽtales cæteri, Ægyptij quoq; & gręci dominica die poſt quartamdecimam primi mẽſis iuxta decreta patrum, ſanctorumq; Pontificum, atq; conciliorum inſtituta, ita quoq; eccleſiæ doctoribus pleniſſime annuẽtibus, obſeruarunt. Hæc omnia longiori rerum ſerie explicata vberrimiſſime teſtantur Ioãnes Iuſtingenſis mathematicus inſignis, nec non Epiſcopus Paulus Foroſempronięſis, negotij huiuſce diligẽtiſſim⁹ exquiſitor. Quis autem primus ſit mẽſis, & quę quartadecima luna priſcorum, ac neothericorum ſententijs inhærentes breuiter explicabimus.

¶ Tertium Caput primũ indicat paſchalem menſem iuxta hebręorum, ac orthodoxorum ſcribentium ſententiam.

OBſerua (inquit deus) menſem nouarũ frugum, & verni primũ temporis, vt facias phaſe dño Deo tuo. Obſeruãdum eſt igitur ſummopere (Dionyſius ait Abbas romanus) ne primi menſis fallamur initio. hinc & enim pene cunctus error diſcrepantię paſchalis exoritur. Tãta igitur cũ humana, tum diuina vernalis hic menſis, & quartadecima luna auctoritate claruere, vt tota paſchalis ratio duobus iſtis pendeat principijs. Nouarũ igitur inquit frugũ, quia in ęgypto vernalis ęquinoctij tempore nouę leguntur fruges, vbi hebręi tunc per annos quadringentos in captiuitate detenti, in eorũ exitu phaſę, hoc eſt tranſitũ primũ ad promiſſionis terram fecerunt. Menſis iſte primus apud hebręos in anni ſolemnitatibus Niſan appellatus olim Aprili ex romanis menſibus cõcurrebat, propter lunationẽ eiuſdem in eo tũc terminatam, nunc aũt (vt plurimum) Martio deputatur propter ęquinoctij anticipationẽ, & propterea quia modo (vt plurimũ) lunatio illa quæ eſt ęquinoctio propior in Martio ſilet. Nec de ſolaribus mẽſibus noſtratibus intelligas, quũ de primo, vel ſecundo menſibus aliqua fit mentio, verũ de lunaribus menſibus, quos ab antiquiſſimis hebręorum, velut etiam paſchalem normam ab ipſis primum mutuati ſumus. Primus itaq; menſis, quẽ paſchalẽ vocãt, à lunatione inchoat, quę per eiuſdẽ coitum cũ ſole propior vernali ęquinoctio reperitur, Cuiuſue quartadecima luna in ipſo cadit ęquinoctij die, vel poſt ipſum ęquinoctiũ proxime ſubſequitur. Priſcorũ latinorũ neglecta ſententia perperã aſſerentiũ quartamdecimã quandoq; lunam, quę ante ipſum caderet ęquinoctiũ, primũ poſſe cõſtituere menſem. Quibus grecorũ, Alexandrinorum, ac Dionyſij tãdem Romani, Bedę quoq; venerabilis, ac poſterorũ ſententia repugnauit. Inqt igitur Beda ipſe. Siquis obiecerit non ęquinoctij memoriã (quod à patribus noui teſtamenti tam accurate obſeruari præcipitur) ſed tantum primi menſis, & quartędecimę lunę poſuiſſe legiſlatorẽ, ſciat, quia & ſi ęquinoctium nominatim nõ exprimit, in hoc tamẽ ipſo ꝙ à plenilunio primi mẽſis paſcha faciendũ pręcepit, ęquinoctij tranſcenſum plenaria ratione deprõpſit. Nec minus Anatolius Epiſcopus Laodicenſis philoſophus, ac Mathematic⁹ inſignis, qui floruit anno chriſti Domini circiter. 280. (Euſebio ſeptimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ referente) primi menſis, ac ſolemnitatis paſchalis rationem iuxta vetuſtiſſimorum he

bręorum

bræorum ſententiam diffiniuit. Qui inter cætera ſic inquit. In die pa/
ſchę non ſolum obſeruandum eſt, vt ſol æquinoctium vernale tran/
ſcendat, verũ etiam luna. Cum enim duo ſint æquinoctia veris ſcili/
cet & autumni ęquis ſpatijs directa, & quartadecima die primi men
ſis ſit ſtatuta ſolẽnitas poſt veſperam, quando luna ſoli oppoſita è re/
gione deprehẽditur, ſicut etiam oculis probare licet, inuenitur vtiq;
tunc vernalis ęquinoctij ſol partem obtinens, luna vero ècontra au/
tumnalis &c. Æquinoctium autem vernale tunc eſſe auctores perhi/
bent, cum ſol primum Arietis punctum ingreditur, Arietis inquam
tamen non octauæ ſpheræ cœli ſtellati, ſed ſupremæ, à quo Aſtrono/
mi annum inchoant. Eſt igitur inquit Anatolius In anno initium
primi menſis ſecundum Ægyptios quidem menſis phamenoth vige
ſimoſexto die, quod eſt ſecundum Romanos vndecimo calen. Apri/
lis, in qua die inuenitur ſol primam zodiaci partẽ conſcendiſſe. Hęc
autem particula prima vernale eſt æquinoctium, & ipſa eſt initium
menſium, & caput circuli, & abſolutio ſtellarum curſus, quæ plane/
tæ, vel vagæ dicuntur, & finis duodecimæ particulæ, & totius circu
li terminus. Et ideo nõ parum eos delinquere dicimus, qui ante hoc
initium noui anni paſcha putant celebrandum. Idem Ioſephus Iu/
dæus libro de antiquitate tertio aſſerit, quum inquit. Menſe autem
Xantico, qui apud nos Niſan appellatur, ideſt anni principiũ, quar
tadecima luna ſoli oppoſita in Ariete, quo mẽſe liberati ſumus à ſer/
uitute Ægyptiorum ſacrificium, quod tunc progredientes ex Ægy/
pto fecerunt immolare nos annis ſingulis, quod paſcha dicitur, cele/
brareq; ſanciuit, & vtiq; celebramus per tribus noſtras, nihil immo/
latorum in craſtinum reſeruantes. Quintadecima ſuccedit feſtiuitas
azimorũ, quæ ſeptem diebus celebratur, in qua azimis veſcimur.

¶ Caput quartũ ętatem lunę diuerſimode enumerat, exinde quar/
tamdecimam lunã iuxta doctorum plurium ſententiã exprimit.

HEbræi, qui lunares annos, vel mẽſes vſquequaq; obſer/
uarunt, die eadem, qua luminarium media coniunctio
(vera poſt habita) ante horas decẽ & octo occurrit, vi/
delicet in tribus primis quartis diei, hac menſis primi,
vel anni initium auſpicatur. Quòd ſi lunarem coitum
poſt horas decem & octo, hoc eſt poſt meridiem diei alicuius fieri cõ/
tigerit, quod æque ſemper eſt, dum horarum computum ab horis
ſex poſt meridiem ſiue longioris, ſiue breuioris cuiuſcunq; diei in co/

eundem ſupputationibus aſſumunt, quę alias ab occaſu vero inchoant, tunc ob Lunæ vetuſtatem non die eadem menſis, vel anni initium inſtituũt, verum in ſubſequentem diem primationem hanc deducunt. Et quia feria ſecũda, quarta, vel ſexta, (quos nos Lunę diem Mercurij, vel Veneris nuncupamus) nunquam primus ipſorum paſchalis menſis Niſan dictus, vel eorum phaſæ, primus videlicet azimorum dies (quod quintadecima fit luna, atq; quartadecima veſpere ab occaſu ſolis initiatur) ijſdem conſtituitur feriarum diebus, de quibus infra Cap. 7. Ideo geminis quãdoq; concurrentibus cauſis, Altera ſcilicet ex vetuſtate lunę, altera ob continuationem feſtorum eorundem cum ſabbato euitandam, ſiue palmorum feſti ſabbato cõtingentiam, menſium neomenias, ac lunam primam in tertiam quoque diem à primatione propria permutant. De quibus Paulus Epiſcopus Burgenſis à Iudaiſmo ad Chriſti fidem conuerſus plura conſcripſit in additionibus ad appoſtillas ſuper Matthęum Cap. xxvj. nec non Paulus Epiſcopus Foroſempronienſis in ſecunda ſui operis parte. Romani deinceps gręci, atq; Alexãdrini (vt videtur) primam vocauere lunam, cuius nouiluniũ (iuxta hebręorum ritum ſecũdum ſcilicet medium q; luminariũ motum) à media ad mediam noctem hora quacunq; diei illius indifferenter incidiſſet, quẽadmodum tam in latinorum priſcorum, quã Alexandrinorum calẽdarijs, ac noſtratibus concernere licet, in quibus olim (vt plurimum) luminarium congreſſus die illa aureo numero notatur, qua die ipſa propius contigiſſet. Cyrillus tamen Alexandrinus Antiſtes iuxta Theophili patrui ſententiam non die illa, qua luna ſoli coniungitur, verum ſubſequenti, quam poſt ſolis occubitum videri contingit, lunam dici primam contra Innocentij primi Põtificis Maximi ſententiam diffinuit. Beda quoque venerabilis his qui aſtipulari videtur, libro ſuo de temporibus Capit. 43. lunam aſſerit nunquam poſſe dici primam eo die, quo accenditur, quum inquit. Si enim eam pauloante veſperam accendi contigerit, mox ſole occidente primam computari, & eſſe neceſſe eſt, ſin autem poſt occubitum ſolis accendatur, etiam ſi vigintitres horas poſt occaſum ſolis accenſa ſuppleuerit, illam, quã occidente ſole habuerit, vſque ad alium eius occaſum retinere debet ætatem. Quam ſententiam, quum plurimi damnent, nos. 14. Capite, vt poterimus, defenſabimus. Hoc tamen tantum ex diuerſorum doctorum dictis facile elici poteſt, (quod propoſitum extat) per quartędecimę terminum, cui quintadecima veſpere ſuccedit, plenilunium vel modo confectum, vel non longe conſecuturum ſi

gnificari, quod per dies quatuordecim, horas. 18. m. 22. cõiunctio/nem quamlibet ſubſequitur ſecũdum mediocres luminariũ motus, vt luna fratri diametraliter, hoc eſt ſoli eregione opponatur. Quod ſignificare volens Anatolius Epiſcopus pręfatus in mathematicis, atque hebręorum doctrinis apprime eruditiſſimus, diuinum expo/nẽs mandatum, quod Exodi habetur de immolatione agni, quod fit quartadecima luna, ad veſperã inquit, hoc eſt incipiente iamqntade/cima, (vnde hebręi diẽ inchoant) quando ſcilicet luna ſoli eregione oppoſita deprehenditur. Theophilus quoq; Alexandrinus Antiſtes: cui per Theodoſiũ Imperarorem Chriſtianiſſimum omnis cura de/mandata, vt indagationis, aut inuentionis normam de paſchali ſo/lemnitate deſcriberet, ac decemnouenalis cycli per eiuſdem prędeceſ/ſores inſtituti rationẽ exponeret, nec minus Cyrillus eiuſdem nepos, ac in Epiſcopatu ſucceſſor, licet de luna prima ab antiquioribus Ale xandrinis aliqualiter diſcrepare videantur, ob anticipationem forſi/tan lunationũ in annis ferè centum à conſcriptione aurei numeri ad ipſorum tempora perſpectam, (quã inferius exponemus) quartãde/cimam tamen lunã ſole diametraliter rediatã diffiniere, vt pleno or/bis ſui circulo eodem momento oriatur, quo ſol occidit. Quẽadmo/dum etenim lunã coelo nouam eodem ſępius die, quo per aureũ nu/merum ſilentem calendario inſcripſerant veteres Alexandrini patres, iidem videre poterant poſteriores Antiſtites (quod duorũ quandoq; vel trium cyclorũ interſtitio pluribus interuenientibus cauſis fieri cõ/probabimus, eodẽ ſcilicet aureo numero concurrente) nõ minus di/cta de cauſa quartodecimo ab hoc die lunã conſpicere pleno ſui or/bis circulo eorũ quoq; temporibus Theophilo ac Cyrillo prędictis contigiſſe minime ambigimus. Quorũ dictum de quartadecima lu/na plenilunĩũ ſignificante, licet multi tanquam impoſſibile impro/bent, quũ quartamdecimã à coniunctionis die connumerent, & pro pterea de quartadecima cõpleta cõmuniter exponant, vel de quinta/decima ſubſequenti, ipſi tamen Alexandrini pręſules vere de quarta/decima intellexerant, quam alij quintamdecimã, vel ſextamdecimã appellauere, vt ex Cyrilli dictis plane legentibus conſtat. Quum ipſi lunam primam ſecundo potius, quàm primo, hoc eſt non ipſo coi/tionis die, verum ſubſequenti appellare maluerint. Quorum tamen vtrũque ex firma, & ſtabili aurei numeri per priores eorundẽ Alexan/drinos patres calẽdario inſcripti collocatione (vt prædiximus) ſępe numero accidere potuit, tũ ex biſſextili varietate, tum ob ſaltũ lunæ, atq; alias aurei nũeri exorbitationes inferius pprijs locis exponẽdas.

Atq; ideo per quartędecimæ terminum (ſtante eadem aurei numeri poſitione) modo plenilunium propè confectū, modo non longe con ſecuturum, tunc maxime potuit cōmonſtrari. Hęc nō minus per calendarium noſtrum, quā per prædicta patefiēt, quæ infra capite. 15. ac. 16. latius proſequemur.

¶ Caput Quintū vernale æquinoctium, eiuſdemq; anticipationē, atq; rationem depromit cū annua ſolari quantitate tempori huic noſtro, vel etiam tranſacto conuenientiori, atq; probabiliori.

Negocio huic magnopere innitendum fuiſſet, ni vtilitati, vel breuitati potius, quàm prolixitati ſtuduiſſem. Quod Epiſcopus Paulus Foroſempronienſis viſus eſt vbertius diſſerendo aperire. Ideo priſcorū Aſtronomorum omiſſa ſententia ſolarem reuolutionem, hoc eſt anni quantitatem in eccentrico ab aliquo puncto in eundem, vel à ſtella aliqua in octaua ſphera ad eundem diffinientium. Vnde æquinoctij locus minime certus haberi tunc potuit, ſed (vt ex priſcorum dictis aliquibus perſpici poteſt) modo ſole octauū, vel alium Arietis gradum, vel etiam extremam piſcium partē poſſidente, idipſum fieri contingebat, quod modo dum ſol. 23. vel. 24. ſignoꝝ huiuſcemodi mobilium octaui. ſ. orbis, atq; primum Arietis punctum ab īmobili æquinoctialis puncto ſigniferi partes aſſumēdo pluſtrat, ipſo eadem decimo nunc, vel vndecimo Martij die ęqnoctiū nobis efficit, Vnde etiam ſolaris anni quantitatem maiorem, q̄ comperimus, diffiniere, Ex quo Thebit Benchorę eorundem ſentētiam reaſſumens ſolis annuam reuerſionem maiorem poſuit qnadrante diei ſupra dies. 365. Propterea iuxta Ptolemæi ſententiā, nec non priorum aliquorum, vel illo poſteriorum ferè omnium certam ſolaris quātitatē ab immobili æquinoctialis puncto Arietis ſupremæ ſpheræ ad eundem accipiemus, qui dies noctibus æquat. Cui ex propoſito, Foroſempronienſis Epiſcopi calculo inhęrentes, nouas neotericorum octaui orbis obſeruationes, atq; ideo maiorem modo, vel minorem, quā infra ſolis annuam conuerſionem pro nunc omittendo, ne diſcenſionis cauſam magis, q̄ paſchalis celebritatis dilucidationem exponamus, Idcirco propriam æquinoctij ſedem, vel collocationē, non firmam tamen, aut ſtabilem calendario noſtro iuxta noſtri temporis, vel tranſacti modo obſeruationem pro paſchali ſolēnitate opportunam aſſignabimus, non tamen iuxta. Ptolemaicam anni quantitatem dierum.

tum. 3 6 5. horarũ ſex minus trecenteſima parte diei, hoc eſt minus
minutis. 4. ſecũdis. 48. atq; ideo horarũ. 5. m̃. 5 5. fere ſupra dies to-
tidem prędictos. 3 6 5. Q uã negotio huic minime condecentẽ com-
perimus; ſi modo hanc per æquinoctij anticipationem ad retroacta
tempora vſq; nunc conferamus. Verum Alphonſi, ſolaris anni quan-
titatẽ præſupponemus. Q uæ dierũ ſpatio complectitur. 3 6 5. hor.
5. m̃. 49. z. 1 5. 3. 5 8. 4. 5 4. horarũ iuxta ſcilicet medium, ac æqua
lem ſolis motũ, licet ſecundum verum, & inæqualẽ ob eiuſdem lon-
gitudini longiori vel propiori appropinquationem, vel elongatio-
nem in eccentrico, velut aliam quãlibet à quouis zodiaci puncto ad
eundem reuerſionẽ, ita hanc vt plurimũ variabilem experiamur, niſi
per ſolis exiſtentiã in altera quauis longitudinum mediarũ ad æqua-
litatem reducatur, vt nũc Arietis Caput perluſtrando ſiquidem nul-
lam ibidem, vel minimam ęquationis diuerſitatem ab vno anno ad
alium efficit argumentũ ſolis per propriam augem ibidem rite reper
tum, vt ex theorica, nec nõ Alphonſinis Tabulis experienti conſtare
poterit. Minus pręterea, vel ſenſibiliter ſaltẽ per annos. 3 0 4. diuerſi
tatem aliquam efficiet prędicta anni quãtitas, quum ob maximam
æquationẽ ſolis graduum duorum, atq; mi. decem, per dies duos tã-
tum cum ſextante in annis vigintiquatuor millibus, à vera æquino
ctij ſede diſſentiat, ſumpta modo radice veri introitus ſolis in Arietẽ
ab immobili ſigniferi puncto, vt nos anno. 1 5 20. cum Foroſempro
nienſi Epiſcopo ad vrbis Romæ meridiem ſedulo accepimus. Pre-
dictam dierũ duarum ęquinoctij variationem à medio, & ęquali ſo
lis curſu ad verum, & inęqualem in annis totidem prędictis. 24. mil
libus vera reſarcitur anni quãtitas; Ita vt quod in vna eccentrici me
dietate perdiderat, per proprię Augis ad eiuſdem oppoſitũ reuerſio-
nem, in altera tantundẽ inſtauret. Q uod alij tamen in annis. 1 800.
fieri autumant. Vnde ſolaris anni reuolutionẽ ſupra motũ medium
in annis totidem augeri, ſicuti nec pluribus. 1 8 00. nec paucioribus
tantundem minui arbitrantur. Vnde ad æqualitatem hoc temporis
ſpacio reduci ſentiunt. Nos itaq; ſolaris anni quantitatem, quã ma
xime tempeſtate iſta ob minimam æquationis ſolis variationem ab
vno anno ad alium in æquinoctij limitibus inuariabilem penè expe
rimur, in annua æquinoctij reuerſione pro re iſta accipiemus, Atq;
ita vernale æquinoctium deſcribemus, quod dies noctibus æquat,
quod non tantum hebręi, græci quoq;, atq; Alexandrini patres, quã
etiam catholica, atq; Romana eccleſia per menſis primi obſeruatio-
nem obſeruari pręcepit. Cuiuſmodi potiorẽ, ac principaliorem anti

cipationis cauſam (veri atq; inæqualis motus diuerſitate omiſſa) vt prędiximus, ex propoſito proſequemur, ex qua maxima nunc, vel pręcipua ſolemnitatis paſchalis exorbitatio peroritur, quæq; variat anni curſus vel æquinoctij ſedes quibuſlibet annis quatuor Romanis per mi. 42. ſecunda. 56. horarum minutias altas modo prætermittendo. Quam tamen æquinoctij collocationē ex inſtitutione Alexādrinorum, vel etiam Dionyſij abbatis per annos mille, & vltra vigeſimoprimo Martij die firmā, ac ſtabilem calendario noſtro cuſtodiuimus. Vnde pęnes cōmunem opinionem in annis. 1 3 4. per diem fęrè naturalem Romanus vſualis annus ſolares totidem reuolutiones exuperat, nec minus æquinoctia in diebus menſium æque præueniunt, atq; ideo proprias ipſorum ſedes in calēdario itidem pręferre deberent. Et hoc quia Iulianus annus à Cæſare inſtitutus dierū. 3 6 5. atq; horarum ſex, quē à Chriſti Domini Incarnatione, & antea vſq; modo cuſtodiuimus, verā ſolaris anni quantitatem per minuta decem, ſecunda. 44. & vltra parum quotannis exceſſit, quum iuxta medium ſolis curſum (vt modo propoſuimus) dies contineat. 3 6 5. horas tantum quinq; mi. 4 9. ſecūda. 1 5. tertia. 5 8. atq; quarta. 5 4 horarum ferè. Propterea vernale æquinoctium, Iulius Cęſar octauo calendas Aprilis collocauit, ſecluſa biſſextili varietate. Quodq; Tiberiū Cęſarem (Ioanne Cryſoſtomo referēte) die eadem, hoc eſt vigeſimo quinto Martij die reperiſſe legimus. A quorum tamen obſeruationibus Alphonſinæ Tabulæ per dies ferè duos diſcrepant, ex quo ab aliquibus, vt etiam in Augium motibus, atq; ſtellarum fixarū per pręſentes aliquorū obſeruationes calumniari videntur. Quum maxime per Ptolemaicas deſcriptiones Anno Domini. 1 3 2. biſſextili per horas duas ferè poſt meridiem diei vigeſimiſecundi cōpleti menſis Martij Romanorū, exinde anno Domini. 1 3 9. cōmuni vigeſimotertio Martij per horā vnam poſt ortum ſolis in Alexādria Ægypti per Introitum ſolis in Arietem vernale æquinoctium ab eodem Ptolemeo iiſdem compertū diebus eliciamus. Quibus tamen. 2 2. ſcilicet atq; 23. Martij diebus per Alphonſi Tabulas Chriſti domini tempeſtate ęquinoctiū ipſum cōtingiſſe videt. Poſt Ptolemaicas aūt obſeruationes Anatolius epiſcopus Laodicenſis nō longa tēporis intercapedine decurrēte (vt ſuperius Cap. 3. adduximus) anno Domini circiter. 2 8 0. vndecimū calendas Aprilis, hoc eſt vigeſimumſecundū Martij diem vernali æquinoctio nō longe à prædictis deputauit. Quod tamen de anno cōmuni omnino intelligendum minime ambigimus. Vt ſic anno biſſextili duodecimo cal. Aprilis concurreret. Quemad-

modum poſtea anno eiuſdem Dñi. 323. tempore Nicęne ſynodi Alexandrini patres (quibus rei iſtius, atq; quartędecimæ lunę inueſtigationis prouincia delegata) duodecimo cal. Aprilis, ideſt vigeſimoprimo Martij die cõmuniter collocarunt. Quod poſtea per Dioniſij abbatis obſeruationẽ ibidem vſq; modo calẽdario noſtro obdormiuit. Quod tamen poſt prędictorũ tempora Aetius Amidenus medicus celeberrimus ad decimũnonum Martij diẽ delatũ aſſeruit. Quodq; poſtea Alphonſus ipſe cœleſtiũ motuum modulator anno Domini. 1251. cõmuni tertiodecimo Martij, vel biſſextili duodecimo eiuſdẽ die per eiuſdẽ ſupputatorias Tabulas concurrere inſinuauit. Nec nõ alij demum poſteriores, vt Ioãnes Monteregienſis, nec minus Nicolaus Cuſanus, atq; Petrus de Aliaco reuerendiſſimi Cardinales duodecimo Martij, atq; etiam vndecimo eiuſdem die proximo notarũt. Hoc ipſum nos tẽporibus iſtis anno cõmuni. 1535. vndecimo eiuſdem, vel ſubſequẽti biſſextili decimo Martij die cõtingere reperimus quũ tamen adhuc pro paſchalibus terminis. xij. cal. Aprilis. obſeruetur. Dato igitur vno hoc inconuenienti plura ſequũtur. Quod eſt, vt per firmã, ac ſtabilem calẽdario æquinoctij ſedem, vigeſimo ſcilicet primo Martij die ſecundo, vt plurimũ, quã primo menſe paſcha noſtrũ celebremus. Quũ tamen æquinoctiũ nuſquã proprium poſſit calendario noſtro locũ obtinere. Quẽadmodum non longo tẽporis curriculo vernale iſtud æquinoctiũ, nec minus alterũ autumnale ambo ſcilicet in diebus menſiũ pręuenire concernimus, quod in annis. 134. vel circiter hac noſtra fieri vel priori cõperimus tempeſtate.

¶ Caput. vj. lunares annos, ac mẽſes ſolaribus inſertos, atq; decemnouenalem Alexandrinorum cyclum pro paſchali ſolemnitate aliquando habilem deſcribit.

ALexandrini ęgyptij in mathematicis, atq; aſtrorũ motibus, cœli tẽperie, atq; innata ſolertia ſuadentibus, præcęteris olim eruditiſſimi lunares annos, vel menſes, vt hebręorũ ritũ ſequerẽtur, ſolaribus conati fuerũt annectere, vt p hos quartędecimę lunæ ſiue paſchales termini innoteſcerẽt, quę res lunares prius, nõ ſolares exqrit annos vel mẽſes, ij ſiquidẽ ab eiuſdẽ impoſitã prouinciã per patres nycęnę ſynodi ſup negotio iſto, Euſebij epiſcopi Cęſarienſis in diuinis, ac Mathematicis ſciẽtijs ſtudioſiſſimi atq; ipſorum cõmuni ſententia paſchalẽ cyclũ innouarunt decẽnouenalem ſcilicet, hoc eſt annorũ. 19. numerũ

complectenté, quemadmodũ etiã latini priſci, atq; orthodoxi ex Iu-
liano calẽdario lunarẽ cyclum annorũ totidem hebræorũ inſtar extra
xere, parum in nomine nihil in re ipſa inuicem diſcrepantes, ambo
& enim paſchalis cycli normam pro paſchali lunatione indaganda,
ac menſis primi rationẽ continent, licet in numero ſemper, exinde in
Emboliſmis ſæpenumero diſcordarẽt. Ex quo controuerſię plurimę
inter græcos & latinos ſępius exortæ ſuper paſchali celebritate, Grę
cis Alexandrinorũ cyclum cuſtodientibus, latinis vero hũc ipſorum
cyclum obſeruãtibus. Latini & enim primis nouellæ eccleſiæ diebus
eundem lunaris cycli numerum, quem aureũ vocamus, à Iuliano ca
lendario excerptum, cũ Iudæis pari numero concurrentem obſerua-
runt pro quartadecima luna, ac ſolẽnitate paſchali indaganda, eun-
dem veporum ritu ab æquinoctio autumnali auſpicantes, domini-
calem tamen diem pro paſchali ſolemnitate orthodoxæ cuſtodien-
tes, licet quartamdecimã lunam alio, quàm ãno, lunaris cycli nume
ro cum hebraico vt prędiximus cõcurrentem in eorundem calenda-
rio venarentur. Anno nanq; primo poſt Nycænam ſynodum Chri
ſti vero. 323. aureo numero lunaris cycli tam latinorum, quàm he-
bræorum. 17. currente (quem vſque nũc ipſi obſeruant) Alexandri-
ni prędicti ob aſſumptã prouinciam, veterem eorundem cyclum ãn
norum. 25. Ptolemeo ſuper Almageſti vſu habitum, tanquã luna-
ri, ſolariq; anno ob intercalaris diei omiſſionem inhabilem, penitus
aſpernantes, (quũ intercalandi modum antiquitus prætermiſiſſent,
annumq; dierum tantũ. 365. abſq; quadrante diei efficerent) hunc
ipſum veterem in nouũ decemnouenalem paſchalem cyclum refor-
marunt. Quamobrem quũ ipſi decemnouenalis cycli numerum pri
mum anno illo. 323. inſtituiſſent, latini vero decimũ ſeptimum ipſo-
rum lunaris cycli obſeruaſſent, factum inde eſt, vt ternario minorem
latini cum hebræis cycli numerum, quàm Alexandrini cuſtodirent.
Et propterea in Emboliſmis ſæpius, ac menſis primi exordio, nec nõ
in paſchalibus terminis, ſiue in quartædecimæ lunæ indagatione ſę
penumero diſcordarent. Quẽadmodũ hic per propriã tabellam con
cernere licet, in qua Emboliſmorum ordo per ſyllabam Em. atq; epa-
ctarũ numerus cycli vtriuſq; proprijs columnulis exhibetur. Embo-
liſmicos annos ſeptem lunationum tredecim, reliquos communes
quoſlibet menſibus duodecim cõtentos, lunaribus ſcilicet, nõ ſolari
bus (vt moris eſt) in quauis lunari cyclo iuxta ipſius aurei nũeri ſeriẽ
præſupponendo. Verum quia priſcorum latinorum lunaris cyclus
à Dionyſio tandem, nec nõ à Romàna eccleſia reiectus eſt, atq; Ale-
xandrinorũ

Epacte	Aureus numerus	Aureus numerus	Epacte
7	Em. 17	1	11
18	18	2	22
29	Em. 19	Em. 3	3
11	1	4	14
22	2	5	25
3	Em. 3	Em. 6	6
14	4	7	17
25	5	Em. 8	28
6	Em. 6	9	9
17	7	10	20
28	Em. 8	Em. 11	1
9	9	12	12
20	10	13	23
1	Em. 11	Em. 14	4
12	12	15	15
23	13	16	26
4	Em. 14	Em. 17	7
15	15	18	18
26	16	Em. 19	29
priſcorum latinorum	priſcorum latinorum	Alexādri/norum	Alexādri/norum

xandrinorū decemnouenalis cyclus vſui recep/ptus,q modo per eiuſdē aureos numeros. 19. ꝑ paſchali ſolēnitate romano calēdario aſcri/bitur. Ideo hūc tantum breuiter ꝓſequemur. Prio igiť poſt nycenā ſynodū, chr̄i aūt. 323. anno per Alexandrinos patres vnà cū Euſebio Ceſarienſi Ep̄o (vt præmiſimus) cōmiſſionis iuſſa debite capeſcētes, ex nouo ipſorū decēno uenalis cycli numero Alexandrino calendario vnitas fuit appoſita, vbicunq; ſcilicet lumina/riū cōgreſſus anno illo ipſo eodē die iuxta me dios & æquales luminariū motus cōtigiſſent: anno ſecūdo eodē modo binarius, tertio terna rius numerus proprio fuit, vt alius ſuo q̄ſq; lo co diſpoſitus, vſq; ſcilicet ad. 19. numerū cō/plementū vt ſic. C. Iuliū Ceſarem imitarētur qui in calēdario nō diutius à ſe edito illud idē prius obſeruarat. Lunares igiť menſes, & an/nos ſolaribus īſertos tali (vt dictū eſt) ordine diſpoſuere, vt ſcilicet lunatiōe prima ipſius de cēnouenalis cycli, mēſiſq; ipſorū primi in āno (quē thot vocant) 29. die terminata. 30. ipſi/us ſcilicet nouilunij die ſecūdę figereť lunatio nis nota, vbi vnitas prima Alexandrino calen dario fuit appoſita. Qui triceſimus Alexādri/norū dies thot mēſis primi. 27. ſeptēbris anni Romani correſpōdet, vbi Romano calēdario ꝓpter diuerſitatē initij in anno īter Ægyptios & Romanos obſeruatā. 19. ex aureo numero notať. Quod quoniā lunatio, p̄ria ipſoꝝ decē nouenalis cycli dierū fuit. 30. vltio. ſ. ꝓcedētis mēſis, & anni die īcœpta, atq;. 29. mēſis prim ī in anno Alexandrinorū vt. s̄. terminata, ſecū/dam ideo. 30. die vt. s̄. inchoatā dierū. 29. tan tū effecerūt, tertiā dierū. 30. quartā dierū. 29. numero abſoluentes. Et hoc vt cœleſti motui conformarenť, quū lunatio q̄libet media dies cōtineat. 29. cū dimidio, poſthabitis modo minutijs, de q̄bus īfra. Sic itaq; de ſingulis effecerūt donec lunationibus duodecim abſolu/

tis reliq ſubſequẽtis anni mẽſes lunares per binariũ aureũ numerũ calẽdario notarent,tertij quoq; decẽnouenalis cycli lunationes p ternariũ numerũ diſponerẽtur,dicta ſemp dierũ ſerie modo. 30.modo.29. alternatim. ſ.cuſtodita. Verũ ex ſupabũdãtia dierũ, vndecim ferè ſolaris anni ſup lunationes duodecim annis ſingulis excreſcentium(quã Epactã grẹci vocant)Emboliſma lunatio, hoc eſt ſupexcreſcẽs anno tertio ſupaddita fuit,q̃ ex diebus. 30.cõſtat,ſicuti alius qlibet emboliſmalis mẽſis tertiuſdecimus.ſ.dicta de cauſa annis iſtis ſingulis fuit ſupadditus. 3.ſcilicet iam dicto. 6.8.11.14.17.ac.19.ceu epactalis ratio nec minus grẹcorũ,latinorũ,ac hebrẹorũ,quàm Alexandrinorum norma poſtularat.licet ex diuerſis cyclorũ initijs diuerſimode per latinos priſcos cũ hebrẹis emboliſmorũ ordo,atq; aliter per Alexandrinos cũ grẹcis(vt prẹdiximus)obſeruaretur. Septẽ aũt prẹdictos emboliſinicos menſes ante primũ paſchalem mẽſem hebræorũ inſtar Alexandrini p̃dicti collocarunt. Vnde lunationes geminas, alterã ſcilicet emboliſmalẽ, alteram ex ordine ſimiliter dierũ.30. ſepties emboliſmicis annis cuiuſlibet decẽnouenalis cycli extraordinẽ copularunt,quũ hoc tantũ quinqes,vel ſexties ſaltem multorũ iudicio ſufficeret. Vnde quũ fruſtra diem emboliſmo vno adiunxerint, faciẽtes oẽs illos dierũ.30.deficiente demũ die vno in calendarij diebus(vt inferius exponetur)per ſaltũ lunæ illũ poſtea abſtulerunt, lunationem vnam,quẹ ex ordine dierũ.30.eſſe debuiſſet,dierũ tantũ.29. efficientes,quẹ menſe eorũ Meſere,in Iulio autẽ romanorũ menſe terminaṫ anno, ſcilicet vltimo decẽnouenalis cycli, quem tamen primo cycli ſui anno Dionyſius romanus Abbas inſeruiſſe videṫ. vt inferius exponetur. Sic itaq; Alexandrini prædicti per eorundẽ lunæ ſaltum lunationes tres continuas dierũ.29.contra hebrẹorum, atq; priſcorũ latinorum conſuetudinem vel Iulij Cæſaris inſtitutionẽ p̃terq̃ aſtrologicã ac cœleſtem omnem rationem extra ordinem tali(vt dictum eſt)ordine diſpoſuere. Hic tandem Alexandrinorum paſchalis cyclus poſt multas inter latinos,& grẹcos Alexandrinorum imitatores agitatas diſſenſiones per Dionyſiũ Abbatem Romano fuit calẽdario inſcriptus,quẽ vſq; in hodiernum diem pro paſchæ,ac quartædecimæ lunæ indagatione Romana eccleſia vſui accepit,atque negocio huic acõmodauit, & annotatus eſt per numeros illos, quos aureos appellamus,qui paſſim inſcripti ſunt romanis calẽdarijs,vt primationis diem,ſiue congreſſus luminariũ, non quidem hac noſtra tempeſtate, ſed eo tantũ tempore, quo Alexandrino calendario inſcripti fuere,denotarent. Hic igitur Romanus abbas Dionyſius cognomẽ

to exiguus Anno Domini circiter. 5 3 z. Victorini, ac latinorũ Canones de ſolemnitate paſchali reprobans. Alexandrinorũ doctrinam in vſum reuocauit per cyclum magnũ annorum. 5 3 z. extendens, cyclumq; decẽnouenalem ex eorundem calẽdario exceptum in noſtrũ tranſtulit, nulla in eo facta mutatione, niſi in quatuor mẽſibus. videlicet à. z 9. die Auguſti citra Settẽbri, ſcilicet Octobri, Nouẽbri, atq; Decẽbri, vbi Aurei numeri Alexandrino calendario notati numeros romano calendario deſcriptos in vnitate præcedũt. Et hoc pp diuerſa annorũ principia, Alexãdrinis. ſ. à quarto cal. Septembris annum ac menſem eorundem Thot inchoantibus, romanis vero, ac latinis a cal. Ianuarij annum ſuũ auſpicantibus, vnde per menſes quatuor prædictos, ac dies tres illis binarius numerus ꝑpter incœptionẽ anni ſecundi, nobis in primo adhuc perſeuerãtibus vnitas tm̃ ex aureo numero debetur, & ſic de ſingulis. Dionyſius autem prædictus animaduertens Alexandrinos pariter, atq; hebræos emboliſmos omnes vſq; ad menſem paſcha præcedentem reſeruaſſe, ita vt paſchalis mẽſis primus dicatur in ſolemnitatibus anni iuxta præceptũ domini, decemnouenalem cyclum conatus eſt ad æquinoctium vernũ prorſus reducere. Primum igitur dierum tantum. 3 5 3. paſchalis cycli annum pridie nonas Apriles, hoc eſt quarto eiuſdem die auſpicatus eſt vbi in romano calendario. 1 9. numerus exaratur, quo non minus per anni reliquum perſeuerante ſaltus lunæ in lunatione menſis Iulij calendario inſeritur. Secundum paſchalis cycli annũ decimo cal. Aprilis, hoc eſt. z 3. Martij, vbi vnitas habetur, incœptũ dierũ. 3 54. cõmunem, vt primum, abſoluit. Tertium vero qui quarto idus Martij. hoc eſt. 1 z. ipſius inchoatur emboliſmicum dierum. 3 8 4. ex ordine diffiniũt. Reliquos deinceps eodẽ modo, quo græci Alexãdrini, ac hebræi emboliſmicos oẽs dierũ. 3 8 4. cõmunes vero dierũ. 3 5 4. rite ꝑſoluit, ꝑter primũ (vt diximus) quẽ dierũ tm̃. 3 5 3. ꝑfecit pp ſaltũ lunæ in eo receptũ vt a. 4. Aprilis die ad. z 3. Martij numeratim accipitur. Hęc tamẽ alternationis ordinẽ in lunationũ diebus præteriuit. Quinimmo (vt plurimi teſtantur) habito ipſe reſpectu ad initiũ anni Alexãdrinorũ mẽſis. ſ. eoꝝ Thot q̃ quarto cal. Septẽbris hęc eſt. z 9. Auguſti ex romanoꝝ mẽſibus correſpõdet, cuius lunationes Alexãdrini patres dieꝝ. 30 iſtituere, oẽs a dicto loco citra vſq; ad. z7. Septẽb. diẽ vbi mẽſis ꝑdictus Thot Alexãdrinoꝝ terminaẽ lunatiões dierũ. 30. iſtituit Dionyſius ꝑfatus, ac eẽ voluit, exĩde ſubſequẽtes vſq; ad Octob. penẽ terminũ dieꝝ. z 9. habito ſemꝑ reſpectu ad initia, ac terminos Alexãdrinoꝝ mẽſiũ (vt ꝑdiximus) atq; ita lunatiões ferẽ oẽs

eſt.23.Martij die,ſic tertium emboliſmicum dierum,ſcilicet.384. quarto idus Martij.hoc eſt.12.eiuſdem incœptum.tertio cal.Aprilis ideſt.30.Martij anni ſequentis terminaſſe. vnde quartus paſchalis atq; decēnouenalis cycli annus pridie cal.Aprilis.i.vltimo Martij die exorditur.vbi tamē tres tantum aurei numeri romano calēdario deſignantur, ſicuti à primo ſemper paſchali menſe inchoando vſq; ad decembris calcem prædicti quatuor necnon reliqui paſchales cycli ipſorum aureos numeros calendario aſcriptos in vnitate præueniunt. Prædicta per epactas quoq; nō minus comprobari poterūt. nam.19.aureo numero currente Epactæ nullæ,ſiue.29.exhibentur, vnitate exinde aurei numeri eiuſdem decurrente.11.fiunt Epactæ.& ſic.22.anno ſequenti.Et tamē neceſſe eſt epactas anni ſemper præcedentis exhiberi,& ſic lunationes duodecim prioris anni pertranſiſſe, ſi modo dies vndecim Epactæ per ſuperexcreſcentiam lunaris anni à ſolari extrahere velimus. Vnde Gullielmus Duranthes libro diuinorum officiorū inquit. Annus primus lunaris cycli nullam habet Epactam, quia nullus annus præceſſit,à quo vndecim accepiſſet.ſecundus habet vndecim &c.Quod de lunari ſiue paſchali cyclo prædicto modo accepto iuxta.ſ.Dionyſiacam formam prorſus intelligi debere non ambigimus. nam ſecus vnitate currente aurei numeri vndecim Epactæ numeramus.non autem.29.neq; ſecundo vndecim verum.22.Vnde non de aureo numero,ſed de lunaris cycli annis currentibus. nondum tamen perfectis locutus eſt Gullielmus prædictus, qui in menſibus tantum duobus, vel tribus præſertim emboliſmicis annis cum aureo numero ipſo conueniunt,in reliquis autem per vnitatem præcedunt. Vnde per Ianuarium,Februarium,ac Martium quandoq;,vſq; ad menſis primi,ſcilicet paſchalis initium, annus quilibet lunaris cycli per aureum numerum eiuſdem tanq̃ currens computatur, qui ab inde citra perfectus atq; exactus habetur aureo numero tamen ipſo præcedentis, atq; exacti lunaris anni epactam commoſtrante.Poſt nanq; vndecimum cal.Apriles completo anno primo paſchalis cycli dierum(vt prædiximus).353. propter ſaltum lunæ in ſe receptum,vſquequo ad diem menſis peruentum fuerit, vnde ipſe primus paſchalis cycli annus exordium ſumpſit, qui fuit pridie nonas, ideſt quartus Aprilis dies; ſolaris tunc annus lunarem exuperabit per dies duodecim , numerationem à.23.Martij die aſſumendo , vnde ſecundus incohatur lunaris cycli annus,à quo primum die iſto Epacta deduci exquirtur.quæ tunc dicta de cauſa,propter ſcilicet annum ipſum die vno mancum,

atq; minorem ſolari anno diebus duodecim ob ſaltũ lunæ, per duo/decim augetur, quæ alias dierũ tñ vndecim incremẽtum acquirit. Anno nanq; vltimo lunaris cycli, quo. 29. epactæ concurrunt, huic duodecim adduntur, vt vndecim ſequentis anni Epactæ colligãtur. Vnitas itaque aurei numeri in calendario. 23. Martij die notatur, exacto tamen primo paſchalis, ſiue decẽnouenalis cycli, atq; ſecũdo eo tunc cycli eiuſdem anno inchoãte vnitate quoq; aurei numeri per anni reliquũ perſeuerante, atq; vndecim anni primi lunaris cycli pro Epacta cõmoſtrante, quæ primum (vt diximus) iuxta Dionyſiacam formulã exactum, vt duo annum ſecundũ quarto idus Martij, atq; tres in aureo numero pridie cal. Aprilis tertiũ decẽnouenalis cycli annum aliorũ inſtar perfectos cõnumerat. vt ſic Embolιſmorũ ratio an/nis proprijs. tertio. ſ. 6. ac reliquis ſuperius expreſſis deputata, necnõ Epactarũ ſeries per Gullielmum antedictum vere expoſita rite admo/dum abſoluatur. Nec obſtat aureum numerũ decẽnouenalis cycli, atq; lunarem annum ſiue paſchalem cyclum ex menſis primi initio, vel quartædecimæ obſeruatione cuſtoditũ diuerſa habere principia, illum. ſ. a Ianuario hunc a Martio, vel Aprili, Quandoquidẽ etiã he/bræi (à quibus lunarium menſium, ac quartędecimę paſchalis ratio nem accepimus) dupliciter cuſtodiunt anni exordium, Alterum. ſ. in feſtiuitatibus primum, ac præcipuum a menſe eorũdem Niſan, qui Martio, vel Aprili ex latinorũ menſibus, atq; æquinoctio vernali cor reſpondet, pro primo (vt nobis etiã) paſchali menſe accommodato iuxta ꝓceptum dñi. Alterũ ſęcularibus negotijs emptionibus. ſ. ac vẽ ditionibus, tẽporũ quoq; computationibus debitum. Quod æqui/noctio, autũnali in Septẽbri modo (vt plurimũ) vel octobri, rarius tamẽ correſpõdet. Hũc mẽſem primũ Tiſri, hoc eſt Anni caput, ap/pellãt. hoc fere atq; eodẽ tẽpore (vt ꝓdiximus) Aegyptij annũ ꝓpriũ auſpicãtur. A quo etiam prædeceſſores noſtri Epactarum, ac regula/rium formam acceperunt, Settẽbri quinq;. Octobri itidẽ quinq;. No uembri ac Decẽbri ſeptẽ. Iañ. atq; Martio nouẽ. Febru. & Aprili. 10. ꝓ regularibus aſſignãtes ſicuti Maio. 11. Iunio. 12. Iulio. 13. Au/guſto. 14. aſſignarunt. Moderniores autẽ à Ianuario inchoãtes, eidẽ vnitatem attribuũt, quod alij magis Martio appropriant. Quæ eĩa tamẽ ab aſtrologica veritate, ac hebraica ꝓpriori obſeruatione lõge ſæpius aberrant. Vt autẽ lunariũ annorũ rationem, quam prædixi mus ſummatim colligamus, quantũq; ſolari annuæ quantitati) quod fieri poteſt) per decemnouenalem ſuperius expreſſum cyclum ſi non ad vnguem (vt aiunt) prope tamen adæquata ſit videa/

mus. Sciendum eſt primum Alexandrinos Ægyptios, græcos quoq; ac Romanos poſt. C. Iulium Cæſarem ab Ægyptijs edoctum ſolaris anni quantitatem dierum. 365. cum quadrante diei abſoluiſſe. Vn/de in eorundem calendarijs dies prædictos. 365. per proprios quo/rūcunq; ſolares menſes duodecim diſtinxere. Qui dies. 365. (non cō/putato intercalari die quibuſlibet quaternis annis, ſexto calendas. ac f litera repetitis, qui tanquā peregrinus, & aduētitius æſtimatur) p. 19. numeros lunaris cycli numeratim ꝑducti, dies efficiūt. 6935. Quod ſi modo annos totidem. 19. lunares cōmunes ſcilicet duode/cim dierum. 354. ac emboliſmicos ſeptē dierum. 384. in dies pro/duxeris, dies fiūt. 6936. non cōputatis intercalaribus, atq; horis, & minutis antiquitus omiſſis ſed quoniā productus prior dierū nume rus ex diebus. 365. calēdario aſcriptis vnitate minor extat, videlicet dies tantū. 6935. deficiēte hoc die vno, ex lunatione anni vnius dies vna per ſaltū ſurrepta fuit, annū vnum mancū, ac mutilatū die vno ſurrepto, ac lunationē vnā (vt dictū eſt) Dionyſio cū Alexādrinis fa/ciētibus dierū tantū. 29. quę. 30 ex ordine eſſe debuiſſet. Verūtamen qa lunationes. 235. iiſdē annis cycli vnius decēnouenalis cōcurrētes (vt inferius exponet) dies cōtinent. 6939. hor. 16. mī, 32. ferè mini me ergo lateat intercalares dies. 4. in calēdarijs neutiquam expreſſos lunationū ꝑdictarū ī annis. 19. abūdātius tñ dāna ſupplere: cōputa/tis nāq; intercalaribus diebus annorū. 16. cū quadrātibus tribus an norū triū ſuperextātibus, vere fiunt dies. 6939. atq; horæ. 18. in an nis. 19. romanis. Cuiuſmodi tēporis quantitas, quū lunariū annoꝝ mēſurā in horis, ac minutis quā ꝑdiximus, exuperet hebraicā anno/rū rationē modo, q lunares tm̄ obſeruant, proſequemur.

Caput ſeptimum hebraicam anni rationem continet.

HEbræi lunares annos non mere tamen (vt arabes fa/ciunt) verum immiſtos, ac ſolaribus inſertos quemad/modum priſci romani vſq; ad Iulium Cæſarem vnà cum græcis pari ferè lege obſeruarunt. Iudæi igitur an num primū eorundē cycli lunaris ex biſſenis menſibus modo dierum. 30. modo. 29. alternatim, ſcilicet dierum numerum complectentem. 354. communem ex ordine conficiunt, minorem quidem diebus ferè vndecim ſolari anno. Quandoquidem lunatio/nes duodecim dies continent. 354. horas. 8. ac momēta. 876. quo/rum. 1080. horā complent æquinoctialē. Aſcendentibus vero præ/

extraordinariā diei vnius abundantem, vel deficientem annū efficit. Hos autem abundantes, vel deficientes annos inſtituunt nō tantum dicta de cauſa dierū trium vel aliorū vt infra intercalandorū, verum etiam propter continuationē feſtorum eorundem euitandam, & vt legis feſta rite obſeruentur. Videlicet ne feſtū ramorum ſabbato contingens voluptatibus, ac bachanalibus aſſuetum ſabbatū impediat & ne expiationis feſtū ſabbato continuetur, & propterea duobus diebus continuis vſu ignis careant, & à ſepeliendis mortuis abſtineant, & alijs neceſſarijs, de quibus plura penes Paulū Epiſcopum Burgieſem legito in Additionibus eiuſdem Matthei. 26. Ex hoc caput anni menſisq; ipſorum Tiſri autumnali æquinoctio proximū primum ſcilicet in computationibus annorum, ac huius ſeculi negotijs à quatuor tantū ferijs auſpicari poteſt. Videlicet ſabbato feria ſecunda, feria tertia, & feria quinta. Similiter menſis primus, ac pręcipuus in feſtiuitatibus, ac legalibus ſolēnitatibus, vernali æquinoctio (vt præximus) correſpondens Niſan dictus, & per conſequens. 15, ipſius dies primo azimorū diei, hoc eſt paſchali ipſorum ſolemnitati conſecrata, nunquā feria ſecunda, feria quarta, vel ſexta, hoc eſt die lunæ, Mercurij, vel die Veneris à ſecunda templi inſtauratione citra apud illos imitari pmittitur dicta ſcilicet de cauſa feſtorū continuationis, ac palmorū feſtiuitatis ſabbato contingentiæ. Horas demū. 16. ac momenta. 595. quas ſeruarunt, poſterioribus cycli reuolutionibus annectunt, cyclum magnum, quē feſtorum nomināt efficiētes annorum. 247. Qui cyclos treſdecim lunares, lunationes autem. 3055. continet, dies, 90216. perfectos amplectens. Productis & enim diebus. 6939. reuolutionis vnius cycli minoris per tredecim fiūt dies. 90207. pari modo multiplicatis horis ſedecim, ac momētis. 595. prædictis, dies proſiliunt. 8. hor. 23. mo. 175. licet per Aſtrologicā ſupputationē horę tantum ſuperſint. 22. minuta. 55. ſecūda. 16. horarum vltra dies octo perfectos. Et hoc quia lunatio quælibet nō plene attingit momenta. 793. vltra dies. 29. hor. 12. verum minor extat tertijs. 17. quartis. 36. horarū, quas minutias ignorant hebręi. Productos itaq; dies ferè nouem in reuolutionibus. 13. intercalant iudęi, menſes alios nouē ex deficientibus menſibus adimplētes vltra prædictos dies ternos pro reuolutione qualibet lunaris cycli prius expreſſos. Hos dies nouem ſi modo antedicto dierum numero. 90207. adiunxeris, dies proſiliēt. 90216. in annis. 247. æquales (vt ipſi autumant) annis totidem ſolaribus, parum lunaribus reuolutionibus in coniunctionibus medijs diſcordantes, quæ per momenta. 905.

tantum iuxta eorundē normam; verū per aſtrologicam ſupputatio-
nem per horā vnam, ac minuta fere quinq; anticipant. Poſt hunc igi
tur annorū decurſum omnia ipſorum legis feſta, ac nouilunia ad pri
ſtinum redeunt ſtatum cum annuis ipſorum lunaribus reuolutioni-
bus ijſdem ſcilicet feriarum diebus, quibus prius celebrata fuere, li-
cet per momēta prædicta. 9 0 5. (vt diximus) nouilunia præferātur.
Prędictorū igitur annorum tempora in dies. 9 0 2 1 6. (vt ſupra) pro
ducta, ſi per eiuſdē cycli numerum hoc eſt per. 2 4 7. partieris, in quo
tiente ſolaris anni quantitatē elicies, hoc eſt dies. 3 6 5. hor. 5. m. 5 5.
2. 2 3. ferè. Quæ licet a Ptolemaica ſolaris anni quantitate parū vel
diſcrepet, ſi tamen ad præſentem Alphōſi, aliorumq; exploratam cō-
feras ſolis annuam conuerſionem, æquinoctia facile comprehendes
in annis prędictis. 2 4 7. illis per diem tantū vnum integrum preſerri,
quæ nobis in annis totidem Romanis per diem vnū, ac horas vigin
ti, & vltra ſedes ſuas anticipant. Et hoc quia prędicta hebręorum an
norum quātitas (quæ vt ſupra elici poteſt) ad ſolarem relata, media
ferè incedit inter Iulij Cæſaris annuā menſuram dierum. 3 6 5. hora
rum ſex, ac Alphonſi modo ſatis comprobatam ſolis annūā reuolu-
tionem dierum totidem. 3 6 5. hor. 5. m. 4 9. Vnde quod nobis per
dies vndecim ęquinoctiū pręuenit, illis tantum per dies quinq; illud
idem fieri contingit. Vnde et ſi nō prius quā. 1 5. Martij menſis Ro-
mani eorundem diem primū Azimorum noſtra hac tēpeſtate, & pro
pterea æquinoctiū non antea, niſi pridie forſan obſeruant, minus, ta
men, quām nos ab eodem vernali ęquinoctio cōtigit aberrare. Quē
admodum etiam dictus eorū cyclus magnus feſtorū maiorem, ac per
fectam ferè continet rationē in coniunctionibus medijs luminariū,
quū in annis prędictis. 2 4 7. per horā tantum ac minuta quinq; ferè
(vt prędiximus) exinde in annis quinq; mille, & qngentis ferè. Vide
licet. 5 4 7 2. per diem tantū naturalem luminariū coitus eiſdē præfe-
rant. Quod cyclus noſter lunaris, ſiue decēnouenalis in annis. 3 0 4.
romanis (vt inferius probabimus) tantundē vel parū minus efficit.
Et hoc qa anni romani. 2 4 7. qui dies continēt. 9 0 2 1 6. horas. 1 8.
per horas totidē decem octo hebraicos annos prædictos exuperat.
Quod aūt ij primi mēſis limites per dies ferè quinq; noſtro hoc æuo
indecentes excedāt ceu etiā chriſti Dñi tempeſtate per dies totidē eo-
rundē paſcha vernale æquinoctiū pręceſſerat (vt per propriā tabellā
inferius deſcribendam intuenti conſtare poterit) hoc illis contingit,
quia quum propriā nequeant obſeruare ęquinoctij ſedem, vel introi
tum ſolis in Arietem in eorundē calendario ob diuerſitatem lunaris

anni à ſolari annua conuerſione, Ideo minus diem menſis ſtabilem æquinoctio poſſunt conſtituere, quin annuatim per dies menſiũ vel primi, vel etiã vltimi ipſorũ æquinoctij locus varietur. Nec minus quia diuerſus habebatur apud priſcos ęquinoctij locus, vel incertus etiã ob diuerſam plurimũ anni quantitatem, quã prædiximus. Ideo per emboliſmos tãtũ (quibus lunares anni ſolaribus ferè adęquantur) iuxta lũaris cycli reuolutionẽ per Gamalihelis Tabulas, vel per caldaicã ſupputationem (quemadmodũ Paulus epiſcopus Foroſempronienſis nobis luculentiſſime expoſuit) mẽſis primi, vel anni initium ipſi à ſecunda templi inſtauratione citra propius examinant. Nos aũt, qui habilem admodum habemus ęquinoctii collocationẽ calẽdario noſtro per annos centũ, & vltra ob ꝓximitatẽ annuę q̃titatis cũ ſolari à primo ad eundẽ Arietis punctũ cõuerſione, vt etiã vulgus minime lateat, qua die mẽſis quotãnis lux noctibus adęquetᷓ decimo ſcilicet vel vndecimo Martij, die vernali ęquinoctio nr̃a hac tẽpeſtate cõtingenti, pro virili inquã operam nauare debem⁹, vt feſtũ iſtud paſchalis ſolẽnitatis abſq; nota menſe primo iuxta diuinũ pręceptũ, ſancitosq; ſuꝑindeveterũ primęuę eccleſiæ patrũ, atq; pontificũ ſummorũ canones, vel ſacrorũ conciliorũ inſtituta rite admodũ celebretur, cõſtitutos ſuperinde limites, atq; vſq; modo cuſtoditos terminos ac decurſu tẽporis elapſos, in nouos cœleſti motui conformes renouando. Quos (vt infra) hic libuit primum cõmemorare.

¶ Caput octauũ paſchales terminos, ac menſis primi limites iuxta Alexandrinoꝝ decẽnouenalem cyclum, ac Dionyſij formulam ab eccleſia Romana vſq; modo obſeruatam cõmemorat.

Dionyſius Abbas Romanus poſt aſſumptos tandem à latinis patribus Alexandrinos canones ſuper paſchali celebritate, dilucidiorem expoſitionis modum edocẽs, lunationem primam paſchalis menſis ab octauo idus Martij, ideſt ab octauo ipſius die vſque in nonas Aprilis, hoc eſt quintum ipſius diem accipiendam diffiniuit. Quartaſdecimas vero lunas à duodecimo calẽdas Aprilis, hoc eſt vigeſimoprimo Martij, (die tunc æquinoctio ab Ægyptijs conſtituto) vſque in quartumdecimum calendas Maii, hoc eſt decimumoctauum Aprilis diem per dies vigintinouem quærendas edocuit, ac Dominica proxime ſubſequenti paſcha ſanctum celebrari. Quòd ſi luna eadem quartadecima Dominica die euenerit, paſcha ad Dominicam ſe-

quentem iuxta Theophili ſententiā prorogandam inſtituit. Quartaſdecimas lunas computiſtæ vocāt paſchales terminos, vel limites (vt plurimū) aureo numero nigro calendarijs notatos in Martio, & Aprili menſibus paſchæ ſancitis. Vnde poſt quartæ decimę lunæ terminum die aliquo aureo numero nigro anni illius deſignatū dominica ſubſequenti iuxta eccleſiæ conſuetudinem vſque ad noſtra hæc tempora paſcha ſacrū celebratur. Et quia emboliſmi omnes à ſexto calēdas Aprilis, hoc eſt. 27. Martij die in nonas Aprilis ideſt in quintum ipſius diem his numeris deſignātur, videlicet. 17. 6. 14. 3. 11. 19. 8. queādmodum in principio Pharmuti menſis Alexandrinorū vſq; ad decimū eiuſdem diem annotantur, Ideo in annis emboliſmicis primā lunam his dumtaxat diebus incluſiue quærendā inſtituit Dionyſius abbas prędictus, ſed in annis cōmunibus ab octauo idus Martij, hoc eſt octauo ipſius die vſq; in ſexto calendas Aprilis ideſt in 27. Martij diem excluſiue per dies decemnouem, lunam mēſis primi accipi debere. Quartamdecimā vero lunā in annis cōmunib⁹ à duodecimo calen. Aprilis, hoc eſt vigeſimoprimo Martij vſq; in diem ſextum idus Aprilis ideſt octauū ipſius diem per dies ſcilicet decemnouem inquirendā pͤcepit, ſed in annis emboliſmicis à q̄nto idus Aprilis hoc eſt nono ipſius die vſq; in diem quatuordecim cal. Maij ideſt decimumoctauum Aprilis diem, per dies tantum decem. Diem vero paſchæ ab vndecimo calendas Aprilis hoc eſt. 22. Martij (luna ſcilicet tunc quartadecima, atq; æquinoctio ſabbato contingenti) vſq; ad ſeptimū cal. Maij, hoc eſt vſq; ad vigeſimūquintum Aprilis diem incluſiue iuxta Theophili ſententiā per dies quinq;, & triginta ab eccleſia celebrandū diffiniuit. Hæc Beda venerabilis iiſdem pariter verbis explicuit dicens. Initiū primi menſis ab octauo idus Martiarum vſq; in nonarū Apriliū diem. Quartaſdecimas vero lunas paſchæ à duodecimo calen. Aprilis vſq; in quartūdecimum calen. Maij. Porro diem paſchæ dominicū ab vndecimo calen. Aprilis vſq; in ſeptimū cal. Maij. Et hoc à luna quintadecima, vſq; in vigeſimā primam eſſe quærendum: Conſtat itaq; errare eos, qui lunæ paſchalis initiū tertio nonarū Martiarum die ſummendū diffiniunt, quia luna ibi nata plenilunium ante tempus æquinoctij facit, ideoq; ſolemnitati paſchali inhabilis. Vere hæc omnia, ſancteq; diffinita, ſi modo cœlorū motus, atq; æquinoctij ſedes, velut calendario noſtro vſq; modo obdormiuit, ita iugiter manentibus ipſis, conſentirent. Verum quantam vſq; nūc mutationem, variationēq; aſſiduam ab annis mille citra in æquinoctij poſitione, ac luminarū congreſſibus pedetētim,

tациteq;

taciteq; induxerint,etiam vulgi iudicio cēſendum relinquo,qui hæc oculis proprijs,quæ docti mentaliter, atq; intellectualiter concerne/re poſſunt. Vnde calendarij modo noſtri, vel aurei numeri exorbita/tationes ſupereſt recenſere.

ℭ Caput nonum Emboliſmorum,ſiue cycli decēnouenalis exorbitationes,atq; eiuſdem aurei numeri imbecillitatem exponit.

SOlaris anni quantitatem prius dictam hic modo repe/titam volumus. Quam ſi modo ad retroacta tempora per ęquinoctij anticipationē conferas, nullā hac pror/ſus condecentiorē,vel propinquiorē, aut negotio huic magis conſentaneā inuenies.Quę eſt dierū. 3 6 5 .hor̄. 5 .m̄.49 .zª. 1 6 .ferè . Secūdo pro altera hypotheſi hebręorū, Arabū, atq; aſtronomorū teſtimonium in noſtrum adducemus, qui omnes pariter medias luminariū cōiunctiones huius aſſerunt quātitatis, vi/delicet dierū. z 9 .hor̄. 1 z.m̄.44.zª. 3 .3ª. 3 .ferè Parū vel nihil in mi/nutijs, quas omittimus diſcrepantes, quę vix in annis mille diuerſi/tatē horę vnius efficit. In annis itaq; decē & nouem lunationes fiunt z 3 5 .computatis Emboliſmicis ſeptem lunationū. 1 3 .& annis reli/quis duodecim cōmunibus ex lunaribus menſibus duodenis. Quas modo dictas lunationes. z 3 5 .dierum(vt ſupra)z9 .hor̄. 1 z.m̄.44. zª. 3 .3ª. 3 .ferè,ſi per numerum eundem. z 3 5 .auxeris dies proſilient. 69 3 9 .hor̄. 1 6.m̄. 3 1 .zª. 5 6.3ª.4 5 .horarū. Anni vero decēnouem romani cū ſuis quadrantibus dies totidem continēt. 6 9 3 9 .& horas 1 8 .perfectas. Quòd ſi iuxta alphonſinā ſolaris anni quantitatē prę dictorum annorū. 1 9 .tēpus ipſum mauis elicere, horas. 1 4.m̄. 3 6. zª.4.tantū inuenies vltra dies totidem. 3 6 5 . Vnde lunationū prędi/ctarum quantitas(licet in dierū numero conueniat)in horis tamen, ac minutis cū neutra annua ſolari quantitate minime competit, ni modo annū dierum. 3 6 5 .horarū quinq;,minutorū. 5 5 . atq; ſecun/dorū. z z .abſoluamus,quę non longe,immo eadem ferè eſt cū annua Ptolemaica quantitate,quā ſuperius cap. 5 .pertrāſiuimus,tanquam temporibus iſtis,nedum tranſactis modo inhabilem, qua pręſuppo ſita in annis mille & quingentis æquinoctia per dies tantū quinq; ſe/des ſuas anticipaſſent, quæ in annis. 1 40.ferè, videlicet à Ptolemeo citra per dies duodecim circiter pręuenerunt. Quòd ſi ſolaris anni re uerſionē ab ęquinoctij pūcto ad eundē aliqualiter diuerſificari ſentie mus,vt aliqui haud irrationabiliter forſitā opinantur ob interſectio/

nes zodiaci cũ æquinoctiali ex acceſſu, & receſſu octaui orbis, ſiue ob inæqualitatem motus octauæ ſphere adhuc nobis (vt aſſerunt) ignoti, quæ ſolarem orbem vltra proprium, & æqualem eccẽtrici motum modo tardiori, modo, vt nunc vſque velociori, quàm ponitur, atq; ideo variabiliori quandoq; motu ſecum rapiat. Tanto magis lunationum quantitas prædictarum ab annua ſæpius quantitate variabit. Non igitur embolismorum ratio, vel decẽnouenalis cycli deſcriptio in menſis primi indagatione Calendario aliquo perennis, vel incolumis diutius permanere poterit, ſiue per aureos numeros eiuſdem, ſiue per Alphabeti literas (vt in calendarijs quibuſdam, obſeruari videmus, quorum idem eſt Atij ius, quod Titij) quum maxime lunarium annorum cum ſolaribus congruentiam omnes inuariabilem in annis decemnouem præſupponat, quod æque omnino fieri nequit, vt modo probauimus. Secundo in ætate lunæ tam primæ, quã quartędecimæ diuerſitas ex hoc magna peroritur, ſi & enim horas. 1 6. minuta. 3 1. ſecunda. 5 6. tertia. 4 5. horarum vltra dies perfectos lunationum. 2 3 5. vnius cycli ab horis. 1 8. perfectis vltra dies integros antedictos annorum decẽ & nouem, Romanorũ vſualium ſubduxeris (quemadmodum prædictorum amborum tempora ſuperius eduximus) horam vnam, minu. 2 8. 2ª. 3. 3ª. 1 5. elicies, quibus in annis. 1 9. lunationes tantopere præueniunt. Vnde ſi modo prędictam horam vnam, minu. vigintiocto, ſecunda. 3. tertia quindecim, per numerum reuolutionum ſexdecim decemnouenalis cycli adauxeris, quę annos faciunt. 3 0 4. Romanos (ſi modo rectè phyſiceq; ſupputaueris) per diem ferè vnum naturalem, hoc eſt per horas. 2 3. mi. 2 8. 2ª. 5 2. tertia nulla, lunationes quaſlibet ſedes ſuas anticipaſſe inuenies. Exinde ab anno primo poſt Nycenã ſynodum vſq; ad noſtra hęc tempora anno Domini labenti. 1 5 3 6. per annos ſcilicet. 1 2 1 2. luminarium congreſſus per dies ferè quatuor anterioraſſe perſpicies, necnon per dies quandoq; quinque, & vltra ob biſſexti intercalationem à primis Calendarij ſedibus euagaſſe. Vnde modo lunæ cõiunctio per ſyllabarum quinq; retrogradationem, hic ſcilicet in cœlis eſt, in noſtro fertur Romano calendario indagari, hoc eſt per dies quinq; antequam luna prima per aureum numerum oſtendatur, quo antiquitus verè lunę coitus indici conſueuit, hoc eſt tempore Nycenæ ſynodi. Nec minus inconueniens iſtud in quartędecimę lunæ indagatione reperitur, quæ vigeſima penè iam diminuto orbe cœlo oculis conſpicitur, quũ quartadecima calendario noſtro denotatur. Quod ſi hoc in decemnouenali cyclo reperies qui per horam tantum, & mi-

nuta in annis. 19. à primo loco declinat, in aliis quoq;,(quos breui-tatis cauſa aliis recenſitos omitto) imbecillitatem hanc, vel maio-rem experire, quũ omnes vno morbo laborent. Tertio dato q̃ mul-torum annorũ curriculo duraturus cyclus aliquis reperiretur(quod, vt à cũctis aſſeritur, impoſſibilitatem arguit, ſtantibus annis Roma nis cum ſuis intercalaribus diebus)hunc tamen ab anno cõmuni in alium ſubſequentem per hor. primũ. 6. tũ. 12. atq;. 18. neceſſum fo-ret ipſum in horis coniunctionis diuerſari, atq; exinde per diem ferè ab anno cõmuni in biſſextilem, maxime in fine Februarij mẽſis ob in tercalationem biſſextilis diei, dies vulgariter, non latine per calendas cõputando, nam tunc eundẽ. 28. dierum numerum ſeruat. Quarto per lunarium menſiũ conſtitutionem modo dierũ triginta, mediam luminarium quantitatẽ excreſcentium, modo dierum. 29. ab eadem per horas ſaltem duodenas deficientium, cum propter geminorum dierũ. 30. in Emboliſmis copulationẽ, tum ob ſaltum lunæ ac men-ſium trium dierũ tantum. 29. continuationem contra tamẽ aſtrolo-gicam, ac cœleſtium motuũ omnium rationẽ, lunationes plurimas per diem quandoq;, nedum per horas à proprijs locis in quouis con tingit calendario prorſus aberrare, vnde ęquatione indigent dierum, & horarum poſt primam cycli vnius reuolutionem, vt inferius demõ ſtrabitur. Quinto in collocatione aurei numeri Romani calenda-rij ab Alexandrino excerpti in dierum, menſium, ac etiam in Embo-liſmorum diſpoſitione diuerſitas fieri contingit, maxime in fine men ſium Romanorũ, vbi (vt plurimum) Ægyptiorum menſium initia eiſdem cõcurrunt, propterea quia lunationes ab Alexãdrinis dierum dumtaxat. 29. in eorundẽ calendario inſtitutæ (à quo noſtrũ fuit vt diximus, excerptum)dierum quandoq; fiunt. 30. vel ẽconuerſo, vt lu nationes omnes menſis vnius ex noſtratibus pares efficiantur in die rum numero, vnde ab Alexandrinis ſæpius diſcordant propter diuer ſa anni, ac menſiũ initia. Sexto prædeceſſores noſtri antiquitus ob-ſeruarunt, ne vnquã e regione vnius diei duos aureos numeros vnius decẽnouenalis cycli, tanquã indecenter, calendario aliquo deſcribe-rent. Quod quũ aliis improperet Foroſempronienſis Epiſcopus Pau lus de Middelburgo, ipſe ſuis inſeruit cõiunctionibus medijs, quas per annos. 76. diligentiſſime elaborauit. Quod non minus in eiuſ-dem ſupputationibus, quam in tabula noſtra calendario annexa in-ferius concernere intuenti licebit, ipſe tamẽ licet ab aliquibus argua-tur, in hoc tamen merito excuſari poterit, quia de priſca veterum au-rei numeri inſtitutione, non de vera, atq; aſtrologico calculo per ho-

tas ac minuta (ita cœli ratione exigenti) eiuſdem aurei numeri calen-
dario collocatione loquatur, quum luminarium coitus, atq; oppoſi-
tiones ſub diuerſorum aureorũ numero cycli vnius, alijs licet horis,
atq; minutis, eodẽ tamen die ſępius cõcurrant, vt in eiuſdẽ ſupputa-
tionibus, ac tabulis noſtris inferius apparebit, ſiue etiam ab aſtrono
mico meridie, ſiue iuxta eccleſiæ vſum à media nocte, vel ab occaſu
iuxta vulgarem, ac communiorem diei incœptionem ſumamus, vn
de qui talem aurei numeri conſcriptionẽ neglexere, ſæpenumero lu-
nares primationes nõ proprijs ſedibus, ſed alienis in calẽdario collo
carũt. His ergo, & alijs proxime deductis clarũ extat cyclum iſtum
calendario noſtro deſcriptũ, & à Romana eccleſia eiuſdem vſus vſq;
modo pro paſchali ſolemnitate, vel lunæ primæ aut quartædecimæ
indagatione accõmodatum, Mathematicorum omnium, ac Theo-
logorum plurium cenſura ob lõgam temporis intercapedinem qua
prorſus à veritate collapſus, (ni proprias ſedes per eiuſdẽ aureos nu-
meros aliquando permutet) omnino negotio huic inhabilem, vel ca
lendario noſtro inutilem cum ſuis emboliſmis porrò reiiciendum, vel
ſaltem reformandum, ac in nouum cœleſti motui conformem reno-
uandum. Qui pluries in paſchæ celebratione inter antiquos, ac pri-
męuę eccleſię patres diſſentionum, ac controuerſiæ anſam prębuit,
vt ſic Innocentij Pont. Maxi. ac Cyrilli, grauesq; inter Latinos, ac
grecos Theophili tempeſtate, necnõ Victorini tandem reprobatam
ſententiam obmuteſcam.

¶ Caput decimũ errores tres in Paſchæ celebratione ex æquinoctij
annotatione, aurei numeri, ac emboliſmorũ calendario inſcriptio
ne decurſu temporis exortos notat, & colligit.

CVm igitur Emboliſmorum, ac lunarium annorum ra-
tio communem, ac æqualem præſupponat cum ſola-
ribus quantitatem in annis. 19. Quam ſupra mino-
rem deduximus hora vna, ac minutis. 28. & vltra nec-
non quia ſolaris anni quantitas à Iulio Cæſare inſti-
tuta, ac vſque modo obſeruata maior extat annua ſolari conuerſio-
ne per minuta ferè vndecim horarum, vnde introitum ſolis in Arie-
tem neceſſum eſt quibuſlibet annis. 134. in Calendario per diem
ferè integrum retroferri, quemadmodum à priſca eiuſdem ſede per
dies ferè vndecim, (vt modo concernimus) retroceſſit. Nec minus
propterea quia lunationes ferè omnes, quæ Emboliſmum, hoc eſt
tertiumde-

tertiumdecimmum,ac vltimnm lunaris anni menſem antea efficie-bant vt ſunt lunationes. 14. 3. 11. 19. atq. 8. aurei numeri. modo hunc ipſum in primum paſchalem menſem permutant, ex quo ipſa-rum quartædecimæ, ſiue plenilunia illo tunc ante æquinoctiũ, nunc autẽ poſtea coincidunt, in intercapedine, ſcilicet dierũ. 11. ab æqui-noctio vero ad priſcam & antiquam illius ſedem, quæ fuit. 21. Mar-tij, quæq; nunc decimo, vel vndecimo eiuſdẽ die reperitur. Vnde pa-ri quoq; modo lunationes per aureos numeros decẽnouenalis cycli prædictos in fine Martij atq; Aprilis mẽſis initio Ro. calendario de-ſcriptæ quæ primũ iuxta priores, & antiquos canones mẽſem nobis inſtituerant, econtra ſecundũ immundis prorſus deputatum modo temporibus iſtis efficiunt. Ex his igitur prima, ac præcipua paſchalis ſolẽnitatis exorbitatio, vel magna peroritur, quæ paſcha noſtrũ per dies. 28. vltra debitos limites transſerri efficit, vt exemplũ ẽ re concer-nẽtibus innoteſcet. Anno domini proxime elapſo. 1530. Aureo nu-mero. 11. b dominicali litera concurrentibus: emboliſmo (vt mo-ris eſt) præſuppoſito, aureus numerus prædictus lunationem primi menſis quarto nonas Aprilis, hoc eſt ſecundo ipſius die, ac quartæde cimæ terminum quintodecimo ipſius die accipiendũ inſinuat. Vn-de decimoſeptimo Aprilis ex poſitionẽ. b. dñicalis lſæ ibidem exara-tę paſcha ſanctũ celebrauim⁹, cõtra tamẽ vniuerſalis eccleſię ſanctio-nes. Quia modo aureus numerus ille. 11. decẽnouenalis cycli, q̃ pri-mũ priſcis temporibus lunarem menſem in Aprili deſignabat, atq; emboliſmici, videlicet vltimi, ac tertiidecimi mẽſis initiũ tertio Mar-tij die notatus deſignabat, quartadecima eiuſdem. xvij. cal. Aprilis, ideſt ſextodecimo Martij die eo tũc ante vernale æquinoctiũ inciden-te, quod. 21. eiuſdem die (vt prædiximus) proxime ſequebatur. nunc æuo iſto. 11. idẽ aureus numerus, ꝑpter anticipationẽ ęquinoctij ad decimum, vel vndecimũ Martij diem, nec nõ ob lunationis eiuſdem quartãdecimam ſiue pleniluniũ nõ anteà, ſed poſtea æquinoctij diẽ coincidẽs, primũ vere nobis paſchalẽ mẽſem inſinuat iuxta doctorũ omniũ priſcorũ, ac neothericorũ ſententiã, qui alias per priſcã æqui-noctij ſedem tertiusdecimus extiterat. Vnde anno prædicto. 1530. cum Ioanne Iuſtingenſi mathematico inſigni, & alijs plurimis vi-geſimo Martij die paſcha ſacrum chriſticolis omnibus rectius eo tunc celebrãdum cenſuiſſem, luna quartadecima tertiadecima eiuſ-dem dominica die incidente; & propterea in ſubſequentem domi-nicam iuxta Theophili ſententiam transferendum fuiſſe, ſi modo pa ſchales canones iuxta decreta patrum, ac veteres eccleſiæ ſanctiones

proſequi placuiſſet. Secūdus ex eo prouenit error in paſchę celebra-
tione, quia in annis. 19. romanis lunationes quęq; (ſecluſa biſſextili
varietate) per horā vnā, ac minuta. 28. (vt prędiximus,) antecedūt,
exinde in annis. 304. per diem ferè naturalem, ac in annis. 1212. vel
circa à deſcriptione decēnouenalis cycli citra vſq; modo per dies ferè
quatuor, lunationes omnes, ac earū quartędecimę in calendario no-
ſtro proprias ſedes anticipaſſe cōtingit, vnde quartaſdecimas lunas,
ſiue paſchales limites poſt verū, ac oculis, ne dum mathematico cal-
culo agnitum plenilunū, ob aurei numeri deuiationem per dies to-
tidem (falſo tamen) indici concernimus. Quāobrem dominicali li-
tera inter vtranq; incidenti coeleſtem, ſcilicet vel veram, quā aſtrono-
mico calculo, vel coelo etiam pręceſſiſſe percepimus, atq; eccleſię per
aureūm numerū oſtenſam quartamdecimā lunam ſiue dñica die aūt
feria ſecunda, vel tertia, ſiue etiā quarta, feria quartadecima eccleſiæ
coincidenti, tunc per hebdomadā hoc eſt per dies ſeptem paſcha no-
ſtrum cōtra diuina mandata, ac ſynodica inſtituta nō ſolum vltra vi-
geſimamprimā, verum etiā vſq; ad vigeſimāquintam, vel etiā vigeſi-
mamſextā quādoq; lunā ſępe numero temere deferim⁹, ex quo Victo-
rini, ac latinorū priſcorū canones ad vigeſimāſecundam tantū lunā
paſcha quādoq; transferentiū Dionyſius abbas Beda quoq; venera-
bilis vniuerſalis eccleſię nutu plurimū peſſundatuere. In exemplū an-
ni proxime. 1535. paſchę noſtrę celebrationē adducere poterimus,
cuius quartadecima per aureū numerū. 16. currentem vigeſimopri-
mo Martij die calēdario romano reperta, iuxta vſum eccleſiæ in ſub-
ſequentē dominicā diem. 28. ſcilicet eiuſdem celebritatē hunc meri-
to tranſtuliſſet, ſi modo antea quartamdecimā lunā, vel eiuſdem ple-
niluniū poſt decimioctaui diei Martij meridiem nō minus proprijs
oculis, quàm aſtrologica ſupputatione comperiſſemus. Vnde quod
vigeſimaprima Martij die prorſus celebrandū extitiſſet, iuxta eccleſia-
ſticas omnes ſanctiones, vel ſacrorū Antiſtitum comprobata decreta
dominicali die ipſa C litera poſt quartādecimam menſis primi vltra
æquinoctij tranſcenſum verius incidenti; Modo ex calendarij, vel au-
rei numeri deuiatione quartamdecimam vigeſimoprimo Martij die
cōmonſtrantis per dies ſeptem vſq; in vigeſimamquartā lunam (per-
peram tamen) paſcha noſtrum anno ipſo diſtulimus. Quod tamen
itidem paſchale feſtum ob feriæ inhabilitatem hebręi noſtri tempo-
ris quintamdecimā, ſcilicet menſis primi diem, hoc eſt primum Azi-
morum ſabbato pręcedenti vigeſimo, ſcilicet Martij die concurren-
tem proprius, veriusq; ſanxere, ex quo noſtrum dominica ſubſequēti

proxime celebrandum fuiſſe minime ambigimus. Nec minus error hiſce proprijs oculis deprehenſus eſt anno hoc inſtāti. 1 5 3 6. Quo (vt in præfatione noſtra ad Pontificem Maximum Paulum tertium) chriſticolarum plurimi feria tertia, hoc eſt die Martis vigeſimoſecundo Februarij lunam cœlo erectis cornibus nouam aſpiciētes, & propterea cinerum diem ad octauā ſubſequētis feriæ quartæ iuxta vſum Romanæ curiæ trāfferendum abhorrentes, vere carniuori diem ipſa eadem feria tertia, vigeſimoſecūdo Februarij die fieri aſtruxerūt; iuxta ſcilicet vulgatam cōmunemq; aſſertam ſententiam talem feriam tertiam atq; ipſum nouilunij diem Februarij menſis, ſubſequentem craſtinum diem cinerum, hoc eſt ipſum ieiunij caput conſtituere de qua non abs re pauca hęc ſubiungemus. Vnde in primis dicendum eſt quod vel aureus numerus, per quē iuxta Romanæ eccleſiæ ritum luna prima, atque etiam quartadecima exquiritur, cum ipſo coniunctionis die, vel ſubſequenti concurrit, quemadmodum tempore Nycenæ ſynodi, vel etiam non longe ab hoc trāſacto conueniſſe comperimus. Aūt ſecus poſt annos ſexcentum vel plures à prędicto tempore citra vſque ad noſtra hęc tempora per dies duos, tres, vel quatuor luminarium congreſſus numerum ipſum Romano calendario inſcriptum præuenere, ſiue etiam vlterius per dies quandoq; quinque (vt nunc pluries) vel vltra in futurum præferentur, ni modo calendariū ipſum cum aurei numeri collocatione reformetur. Si primo modo, velut priſcis, atque antiquioribus illis temporibus, vel nunc etiam poſt debitam aurei numeri inſtaurationem æque cōcurrant nunquā per prædictam promulgatam regulam citra decimamoctauam lunā paſcha noſtrum celebrandum annueretur, quod per numerum dierū. 48. à prįcedenti cinerum die, quo lunam primam prįſupponimus, ad ipſum paſchale feſtum incluſiue connumerando liquet, dempta enim lunatione vna dierum. 30. remanent decē, et octo ſubſequētis lunationis dies. Quod ſi tunc dicta carniſpriuij die tertia, ſcilicet feria luna fuerit, ſecunda, tertia, vel quarta, maiori tunc dierum numero lunationis ipſius paſcha noſtrum celebrabitur, & ſic nunquam. 15. 16. vel. 17. luna obſeruabitur citra, ſcilicet omnia eccleſiaſtica inſtituta. Sin vero ſecundo modo per anteriorationem ſiue præuentionem dierum trium, vel quatuor in luminarium congreſſibus ante annos plurimos ab hiſce tēporibus noſtris effectā, luna prima nō ab ipſo luminariū cōgreſſu, verū quarto, vel qnto ab hoc loco p aureum numerū currētis anni computetur. Tunc dico lunam vere primā feria tertia Februarij menſis ſiue pridie magis, vel antea etiam per dies

ſeptem citra, ſcilicet præcedentem feriam tertiam contingentem, iuxta vulgatam regulam, neq; contra Romanæ eccleſiæ vſum (licet ſecus iuxta veterū inſtituta) per annos. 600. fere, noſtra quoq; ad hæc vſq; tēpora examuſſim oſtendiſſe. Aureo numero tamen currentis anni quarto, vel quinto loco, ab ipſo coniunctionis die vſq; ad feriam ſextam ſubſequentem (nec vltra tamē) vſualiter collocato. à quo dierum computū (perperam tamē) aſſumentes, penes eccleſiæ ritum paſcha non minus. 15. q̄. 16. vel. 17. obſeruemus, cum antea tamē per dies quatuor, vel circa luminariū coitus cōueniſſet. Quo luminariū cōgreſſu poſtea feriā tertiā concurrenti, neq; die ipſa luna prima, neq; citra feriam ſextam, quinimo ſabbato aureus numerus, vel vltra concurret, vnde ſubſequēti hebdomada ieiunij caput vtrolibet obſeruari videmus. Aliter nanq; non. 15. verum. 14. luna in paſchæ noſtri celebratione indecenter cuſtodiri videretur, vt per numerū dierū. 44. ab ipſa feria ſeptima ad præſuppoſitum paſchæ diem incluſiue computando percipitur. Ex præmiſſis clare liquet, q dum luminarium coitus ipſum aureū numerum per dies tres, vel quatuor tm̄ præceſſerint, hoc eſt dum quarto, vel quinto incluſiue fuerit ab hoc loco conſtitutus, coniunctione media vel prope vera feria ſecunda, vel tertia etiam ſiue antea contingēti, atq; aureo numero anni illius vſq; ad feriam ſextam incluſiue deſcripto. tūc regula ipſa de qua ſupra, cum aurei numeri, atq; Dionyſij, vel Romanæ eccleſiæ obſeruatione vſq; ad noſtra hæc ferè tempora, quēadmodū annis proxime elapſis. 1529. 1533. atq; alias ſæpius, conueniſſe videtur. Coniunctionibus autē luminariū minus diebus tribus, vel quatuor pluribus, ipſum aureū numerum præuenientibus, in paſchæ celebratione ſæpius diſcordare. Verum tamen ob aſſiduam coniunctionē anticipationem quā in annis. 300. vel minus experimur, & ꝑpterea ob elongationem aurei numeri dierum quinq; & vltra, ab ipſis luminarium congreſſibus futuris proxime temporibus, nedum præſentibus regula iſta feriæ tertiæ rectius multoties, propiusq; q̄ aureus numerus Romano calēdario aſcriptus iuxta veterum, decreta patrum paſcha noſtrū indicabit. Quoties ſcilicet aureus numerus ſeptima feria, vel vltra collocetur. ſexto. ſ. vel quinto etiā ab ipſo cōiunctionis die feria ſecunda vel tertia cōtingētis. Cuiuſmodi exēplar habeas ab anno proxime elapſo. 1535. propius tamē anno hoc inſtanti. 1536. quo (vt præcedēti etiam) aureo numero. 17. ſ. vertentis anni, feria ſeptima lunā primā indicante, qui quinto cal. Martij calendario inſcribitur, hoc eſt, 25. Februarij die licet. 26. vulgariter computato, atq; coniunctione lu-

minarium antea ſexto ab hoc die, videlicet feria ſecũda contingenti, normam iſtam aurei numeri iam multum à veritate collapſa deſcriptio iuxta eiuſdem, atq; romani calendarij vſum excluſit. paſcha. 16. Aprilis die. 25. luna celebrandum inſinuans. Quum illa tamen propius, quàm ipſe aureus numerus ſecundæ huic paſchali exorbitationi, quam ſupra tetigimus, vt in futurum ſæpius conſulat. Quemadmodum etiam in æquinoctij anticipatione anno futuro. 1546. errorem alterum prælibatum in paſchę celebratione effugiet, quum paſcha anno ipſo. 21. Martij die celebrandum inſinuet. coniunctione luminarium, vera maxime, die prima Februarij feria ſecunda concidenti, atq; cinerum diem poſtridie feria quarta edocẽte, Altera ſubſequenti (quæ ſecundo Martij die fieri contingit) lunationem ipſam menſis primi paſchalis iuxta veterum omnium inſtitutionẽ, atq; antiquiſſimorum hebręorum obſeruationem demonſtrante. Nec tamẽ regula iſta, quam prædiximus, velut etiam aureus numerus ipſe (ſæpius licet in futurum) veram æquinoctij obſeruationem, vel primũ paſchalem mẽſem rite obſeruat, ſicuti neq; in inſtitutione ieiunij capitis certã minime exhibere poteſt eiuſdem obſeruationis normam, iuxta, ſcilicet antiqua eccleſiæ inſtituta, ſi modo proprio loco aurei numeri collocationem ſtatuemus. Ex quo (vt ſuperius) nunq̃ citius, quàm. 18. luna paſcha noſtrum efficeretur. Vnde ſecus magis, proprius q; venanda eſt paſchalis ratio penes ſacrorum pontificum, atq; vniuerſalis eccleſiæ inſtituta quàm vel per prædictam vulgarem normam vel per Romani calendarij abuſum. Cuiuſmodi tertius denique ex duobus præmiſſis vel maximus conſurgit in paſchæ celebratione ſæpius perpetratus error, his nanq; duobus anno quopiam ſimul aggregatis, paſcha noſtrum per dies. 35. vltra tunc debitum tẽpus celebramus. quemadmodum anno domini. 1546. vt ſupra futurum concernimus, ni Põtificis Maximi, vel vniuerſalis eccleſię auctoritas errores iſtos corrigat, atq; emendet. Et hoc quia octauus aureus numerus anno illo currẽs, qui quartamdecimam dominico decimooctauo Aprilis die inſinuat (tranſacto tamen vere antea plenilunio) Emboliſmum in Martio efficiens exinde primum paſchalem menſem in Aprili, Paſcha vigeſimoquinto ipſius die iuxta dionyſiacos canones efficiet, dies ſuperaddens. 28. ex poſitione æquinoctialis priſcę, atque antiquę ſedis vigeſimoprimo Martij die collocatę, necnon dies alios ſeptem, ex diſpoſitione aurei numeri plenilunium verum, necnon proxime ſubſequentem dominicam diem in alteram diſpõnẽtis. Cum tamen ob anticipationem æquinoctij verni ad de-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cimum Martij diem, quartamdecimamq; ſextodecimo eiuſdem inci dentem, & propterea menſis primi indicem (Dominicali litera vigeſimoprimo eiuſdem concurrenti) Mathematicorũ, vel etiam noſtri temporis doctorum plurium ſententia ſuper re tali plurima conſcribentium Paſcha ſanctum die eademmet vigeſimaprima Martij anno futuro. 1546. rectius, ſanctiusq; indiceretur. Haud longe diſſimile exẽplum habebis anno nõ longe futuro. 1538. ex quo dictis ambobus de cauſis à decimoſeptimo Martij die (quo rectius, ꝓpriusq; Paſcha celebrandum annuimus) ad vigeſimũprimum Aprilis diem calendarij ab uſus feſtum iſtud obſeruandum deducet.

¶ Caput vndecimum pro anni emendatione, atq; æquinoctij veri collocatione plurima aliorum dicta commemorat, nouumque vſualis anni reformandi modum pro paſchali ſolemnitate ad modum habilem exponit.

MVltorum hic expedit pro æquinoctij ſedis collocatione Romano calendario opportuna, æque condecẽtius ſcripta recenſere. Pro cuius reformatione vnus in primis extat modulus per omiſſionem dierum quatuordecim in anno vel menſe aliquo procurandam (vt alicui non ſatis tamen probabiliter viſum fuit) ex quo æquinoctia ad priſtinum reducerentur romani calendarij locũ, videlicet ad octauũ calendas Aprilis, ſicq; ſolſtitia ad octauum calendas Iulias, atq; Ianuarias, quibus in locis Chriſti Domini tẽpeſtate vtrolibet extitiſſe (per peram tamen) arbitratur auctor iſte, quum æquinoctia, atq; ſolſtitia pari nequeant concurrere dierum numero menſium, quibus fiunt. Alia extat formula (vt videtur) Reuerendiſſimi Nicolai Cuſani ex cardineo cœtu non longe à prędicta diſſimilis, vel etiam Ioannis Iuſtingenſis, quę eſt per omiſſionem dierum decem, vel vndecim in anno menſe aliquo, ad hoc vt ęquinoctium vernum ad vigeſimumprimum Martij, diem cum eccleſia reduceretur, vbi ab Alexandrinis patribus olim fuit collocatum. Magis tamen placuit prædicto Ioanni Iuſtingenſi, vt clam, atq; paulatim ad priſtinam eiuſdem ſedem reduceretur vernale ęquinoctiũ, hoc eſt ad. 12. calendas Aprilis, quod commode fieri arbitratus eſt, ſi modo per ſucceſſiuam dierum totidem ſubtractionem quot ſcilicet excreuerunt, in annis vndecim biſſextilibus ſine intercalatione biſſextilis diei decurſuris modo demerentur, quod fieri contingeret in annis. 40. ſolaribus ita tamen vt

primus, & vltimus, qui ex ordine biſſextiles eſſe deberent, pro cõmunibus cum reliquis nouem modo biſſextilibus computarentur. Alius etiam modus exhibetur pro calendarij reformatione, vt hebdomada vna, videlicet dies tantum ſeptem in computatione dierum menſis alicuius vt puta Februarij in Calendario ſemel omitterentur, ita vt qui vigeſimus ſecundus in Februario anno communi, vel vigeſimus tertius, dies biſſextili computatur, pro primo Martij pontificali auctoritate exhiberetur, haud aliter menſe aliquo dierum 30. pro vigeſimoquarto primus, vel in alijs dierum. 31. pro vigeſimoquinto primi ſubſequentis menſis ſtatueretur initium, nulla in dominicali litera mutatione perpeſſum. Hunc reformationis modum (Ioanne Iuſtingenſi in ſua calendarij inſtitutione referente) patres Concilij Baſilienſis pluribus alijs neglectis, ex conſenſu doctorum plurium, omnibus difficultatibus diligenter examinatis, tanquam conuenientiorem, & ad reparationem defectus prædicti commodiſſimum minusq; aliquorum animum offendentem excerpſere, licet enim in vulgi multitudine iſtorum quilibet modulorum quandam auribus nouitatem, vel multorum perturbationem, aſtrologicis quoq; tabulis difficultatem quandam ingerat. Hic tamen ſolus in ſolari cyclo Dominicali litera, ac concurrenti numero, vel biſſextili ſerie mutationem nullam, varietatemq; præſupponit. Aliam quoq; reformation sformam expoſuit Epiſcopus Foroſempronienſis Paulus de Midelburgo, qui in Paſchæ recta celebratione vbertiſſime pręcęteris multa conſcripſit, vt ſcilicet ęquinoctium, quod nũc decima Martij die aſcribi mereretur, poſt annorum centum triginta duorum decurſum per diem vnum, hoc eſt ad nonum Martij diem transferatur, ſicq; per annos alios totidem. 132. per diem alium in Calendario præferatur, hoc eſt ad octauum menſis eiuſdem diem, & ſic deinceps. Modus iſte pro Calendarij correctione haud diſſimiliter placuit Ioanni Iuſtingenſi ſtoeflerino in modulis tribus, quos ſuper re tali diligentiſſime expoſuit, nec minus illum antea Reuerendiſſimo Cardinali Petro de Aliaco Cameracenſi. His tertius adiicitur ex tribus Iuſtingenſis modulis, vt ſcilicet annis quibuſlibet. 132. (quibus æquinoctium per diem ferè præfertur) intercalaris dies anno ipſo biſſextili omitteretur, ſicq; centeſimus trigeſimus ſecundus quilibet annis ab incœptione rei iſtius communis pro biſſextili computaretur. Ego ex prędictis, vel alijs, (ſiqui ſunt reformationis, vel rei iſtius inſtaurationis condecentiores modi) illum arbitror eligendum, qui minus multorum animum offendat, quique

minus

minus cyclorū multorū (quibus coutimur maxime in negotio iſto) vel rerū plurium minus ordinem peruertat, quiq; magis rei huic conſentaneus humanarū potius rerum, q̄ diuinarum, vel eccleſiaſticarū inſtitutionum ſeriem cōmutet. Hunc pre ceteris huiuſmodi fore nō dubito, quē pro cōueniētiori quoq; modo futurū exiſtimo, minuſq; animi, vel aurīū perturbationē, vulgi maxime, ingerentē. Vt ſcilicet dies tantū ſeptē anno quopiā ſemel omittantur. Dum tamen clādeſtine magis, quoad fieri poteſt, efficiat, minus. ſ. dierū numerū in mēſibus anni, vel annoꝝ ſeriem vſualium, quātum poteſt immutando. Quod hoc pacto fieri poſſe non ambigimus (ſaluo ſemper maiorū examine Chriſtianę reipublicę, quorū huic meę reuerenter ſententię vt in alijs, ſemper pręferendam mecum duxi) quum nanq; ſeptem exhibeantur in anno menſes dierū. 3 1. Ianuarius ſcilicet Martius. Maius, Iulius, Auguſtus, October, atq; Decēber. Si modo ab vnoquoq; ipſorū dies vnus in anno ſemel ſurriperetur, ſinguliq; anni illius menſes dierū tm̄ triginta obſeruarentur, pręter vnū Februariū, qui eiuſdē dierum numerū ſeruaret, ſi modo cōis. 2 8. ſiue. 2 9. intercalaris extaret, nullibi intercalandi ſeriē īmutando, Anno hoc mutilationis exacto, nunq̄ ſeptuageſima infra octauā cadet Epyphaniæ, nec ꝓpterea diuina myſteria, vel diuinorū canones officiorū īmutabuntur. Calēdariū quoq; nouum cum noua aurei numeri reformatione decēnouenalis cycli inferius exponenda faciliter quis cōſtituere poterit, nullibi mutatione in aliquo perpeſſa neq; in aurei numeri, neq; horarum vel minutorū, aut ęquationis eorūdem in cōiūctionibus aut medijs oppoſitionibus, aut ęquinoctij, vel dn̄icalis lr̄ę collocatione, niſi in dierum tm̄ numero mēſium per hebdomadā videlicet per dies tm̄ ſeptē incipiendo a. 2 5. Decēbris anni vſualis, vbi in calendarij noui reformatione anni noui ſtatueret initium, per dies ſeptem dierū numerū menſiū in calēdario nouo vſq; ad anni calcem vſquequaq; ꝓferendo, vt hic inferius per mēſes tres anni primarios exhibetur, exemplū vbi tamē aurei numeri quatuor a calendis Ianuarij ad octauū eiuſdem diem calendario anni noui collocandi qui prius à. 2 5. decembris ad vltimum eiuſdem vſualis atq; pręcedentis anni diem notabantur, modo per anticipationem anni noui per dies ſeptem (vt hic per tabulam patet, per vnitatem numeraliter excreſcunt.

Menſes

Menſes tres anni noui poſt ſubtractionem ſcilicet dierum ſeptem cum noua aurei numeri poſitione, qui cum Dominicali litera, atq; anni veteris vſualis diebus hoc pacto concurrunt.

Januarius.					Februarius.					Martius.				
	1	A	25	decē.	14	1	d	25	Iañ.	6	1	d	22	Feb.
14	2	b	26		3	2	e	26		14	2	e	23	
	3	c	27			3	f	27			3	f	24	
3	4	d	28		11	4	g	28		3	4	g	25	
11	5	e	29		19	5	A	29		11	5	A	26	
	6	f	30			6	b	30			6	b	27	
19	7	g	31		8	7	c	31		19	7	c	28	
	8	A	1	Iañ.		8	d	1	Feb.		8	d	1	Mar.
8	9	b	2		16	9	e	2		8	9	e	2	
16	10	c	3			10	f	3		16	10	f	3	
	11	d	4		5	11	g	4		5	11	g	4	
5	12	e	5		13	12	A	5			12	A	5	
	13	f	6		2	13	b	6		13	13	b	6	
13 2	14	g	7			14	c	7			14	c	7	
	15	A	8		10	15	d	8		2	15	d	8	
10	16	b	9		18	16	e	9		10	16	e	9	
	17	c	10			17	f	10			17	f	10	
18	18	d	11		7	18	g	11		18	18	g	11	
7	19	e	12		15	19	A	12		7	19	A	12	
	20	f	13			20	b	13			20	b	13	
15	21	g	14		4	21	c	14		15	21	c	14	
	22	A	15			22	d	15			22	d	15	
4	23	b	16		12	23	e	16		4	23	e	16	
12	24	c	17			24	f	17		12	24	f	17	
	25	d	18		1	25	g	18		1	25	g	18	
1	26	e	19		9	26	A	19			26	A	19	
	27	f	20			27	b	20		9	27	b	20	
9	28	g	21		17	28	c	21		17	28	c	21	
17	29	A	22								29	d	22	
6	30	b	23							6	30	e	23	
	31	c	24								31	f	24	
Aur. numerꝰ.	Anni noui.	Lr̃a dñicalis.	Anni vſualis.		Aur. numerꝰ.	Anni noui.	Lr̃a dñicalis.	Anni vſualis.		Aur. numerꝰ.	Anni noui.	Lr̃a dñicalis.	Anni vſualis.	

Exẽplaris tabula feſtorũ mobilium cũ noua vtriuſq₃ anni dierum menſiũ inſcriptione que tamen equatione, de q ia infra indiget.

au.ñ.		Septuª.		Cinis.		Paſcha.		Aſcenſio.		Pẽtecoſte.		Corpꝰ xp̃i.	
14	e	Januarij.		Januarij.		Martij.		Aprilis.		Ap. Ma.		Maij.	
14	f	6	13	23	30	10	17	18	25	28	5	9	16
	g	7	14	24	31	11	18	19	26	29	6	10	17
3	A	8	15	25	Fe.1	12	19	20	27	30	7	11	18
11	b	9	16	26	2	13	20	21	28	ma.1	8	12	19
	c	10	17	27	3	14	21	22	29	2	9	13	20
19	d	11	18	28	4	15	22	23	30	3	10	14	21
	e	12	19	29	5	16	23	24	ma.1	4	11	15	22
8	f	13	20	30	6	17	24	25	2	5	12	16	23
16	g	14	21	31	7	18	25	26	3	6	13	17	24
5	A	15	22	Fe.1	8	19	26	27	4	7	14	18	25
13	b	16	23	2	9	20	27	28	5	8	15	19	26
	c	17	24	3	10	21	28	29	6	9	16	20	27
2	d	18	25	4	11	22	29	30	7	10	17	21	28
	e	19	26	5	12	23	30	ma.1	8	11	18	22	29
10	f	20	27	6	13	24	31	2	9	12	19	23	30
18	g	21	28	7	14	25	Ap.	3	10	13	20	24	31
	A	22	29	8	15	26	2	4	11	14	21	25	Ju.1
7	b	23	30	9	16	27	3	5	12	15	22	26	2
	c	24	31	10	17	28	4	6	13	16	23	27	3
15	d	25	Fe.1	11	18	29	5	7	14	17	24	28	4
	e	26	2	12	19	30	6	8	15	18	25	29	5
4	f	27	3	13	20	31	7	9	16	19	26	30	6
12	g	28	4	14	21	Ap.	8	10	17	20	27	31	7
1	A	29	5	15	22	2	9	11	18	21	28	Ju.1	8
9	b	30	6	16	23	3	10	12	19	22	29	2	9
	c	31	7	17	24	4	11	13	20	23	30	3	10
17	d	Fe.1	8	18	25	5	12	14	21	24	31	4	11
	e	2	9	19	26	6	13	15	22	25	Ju.1	5	12
6	f	3	10	20	27	7	14	16	23	26	2	6	13
	g	4	11	21	28	8	15	17	24	27	3	7	14
	A	5	12	22	mar.	9	16	18	25	28	4	8	15
	b	6	13	23	2	10	17	19	26	29	5	9	16
	c	7	14	24	3	11	18	20	27	30	6	10	17
	d	8	15	25	4	12	19	21	28	31	7	11	18
	e	9	16	26	5	13	20	22	29	Ju.1	8	12	19
	f	10	17	27	6	14	21	23	30	2	9	13	20
14ª paſchalis.	Lr̃a dñicalis.	anni vſualis.	Anni noui.	anni vſualis.	Anni noui.	anni vſualis.	Anni noui.	anni vſualis.	Anni noui.	anni vſualis.	Anni noui.	anni vſualis.	anni noui.

Pro prædictis animaduertendũ extat, cõmuni ferè omnium ſententia ſuper re tali ſcribentiũ, omiſſionem, vel detruncationem dierum aliquot in anno quopiam pro calendarij reparatione omnino neceſſariam, nedum opportunã cenſeri, vel ſaltem intercalaris diei omiſſionem quibuſlibet annis. 1 3 2. ſiue. 1 3 6. ad plus. Aliter enim aut per aſſiduam æquinoctij anticipationẽ futuris quoq; temporibus prioribus laqueis, & erroribus calendariũ innodabitur ſi modo propria, vt nunc eſt, obſeruetur fixa ęquinoctij ſedes, decimo, vel. 1 1. Martij die aut ſacroſanctę Romanę eccleſiæ ſancitos veterũ canones, ac Nycenę ſynodi, vel Victoris inſtitutũ operæ pręciũ erit immutare, ac mobilia feſta paſchalia pręcipue, tali vtique ordine penes hebręos, græcos, ac latinos iugiter obſeruata, in fixa, & ſtabilia cõmutare, vel ſaltem diuinorum officiorum ſeriem, vel etiam Deo ſacrorum temporum obſeruationem ab eccleſia inſtitutorum penit⁹ auertere, futuris nanq; modo temporibus (vt per Foroſempronienſis Epiſcopi & aliorum Mathemathicorũ calculum Alphõſi maxime, vel Blanchini tabulas, & aliorũ concerni poteſt) ęquinoctio ad Februarium deuoluto per paſcha noſtrũ primo menſe celebrandum ſeptuageſima, ne dicam quadrageſima nõ ſolum citra Epiphanię feſtiuitatem, verũ etiam ante Natalis domini feſtum ſtatuetur, res inquam profecto grauis, & auribus noſtris diſſona tempore iſto Alleluia, ac exultationis ſigna deponere. Vnde tutius exiſtimo, (data rei huiuſce vtriuſque facultate) humanarum potius, quàm diuinarum rerum ſeriem, ac in melius ex prædicta correctionis forma cõmutandum. Adde etiam ꝙ prędicta dierum prætermiſſione, vel alia quauis prædictarũ neglecta, tempus illud pro celebrandis nuptijs idoneũ ab Epiphania ſcilicet ad ſeptuageſimã ſæpenumero demeretur, vnde quod plebeorum mẽtibus, vel aliorum etiã ex Chriſtiana republica durum, vel difficulter obſeruatum videmus, dato nunc interuallo dierum aliquot inter Epiphaniã domini, ac ſeptuageſimã, quid ſi per menſes quãdoq; ferè quatuor prædictũ tempus nullo dato interſtitio nuptialib⁹ habili continuaret? Profecto nõ ſine magno populi tumultu, magno plebis clamore, res iſta cũctis ferè dura abſq; eccleſię ſanctionis fractione illibata ptranſiret. Quod ſi per Pontificis Maximi diſpenſationẽ lex iſta moderari colliberet, cur hanc potius anni reformationem, in quam totiens Romani, Gręci, ac ęgyptij, maiorem, vel ſimilem annorum permutationẽ ſponte conſenſerunt, nos quoq; vltro eligẽtes non patiemur? maxime quũ tot excellẽtiſſimorũ virorum (quos prędixim⁹) conſenſus annuerit, necnon ſi modo pontificalis, vel etiam Imperia-

lis auctoritas interponeretur? Modus iſte vltimus quē prędiximus, pro calendarij reformatione, nō tantū hoc tollit, & amputat nuptiarum prędictū incōueniens, verum etiā primū cōtra diuinorū officiorū canones modo antea deductū neq; adhuc multū mobilia feſta ab hucuſq; cuſtoditis eccleſiæ limitibus in dierū numero transfert, quū nuſquā paſcha citra. 17. Martij diem in annis. 304. pręuenire pmittat, cuiuſmodi præuētus dierum. 11. ad decimū ſcilicet Martij diem nouitatē non minimā inducere videtur. Accedit ad hoc q modus iſte prædictus nullū efficeret impedimentū in decemnouenalis cycli reformatione quibuſlibet annis. 304. (vt infra) pcuranda, quā intercalaris diei ptermiſſio prędicta in annis. 40. vel annis qbuſlibet. 132. inhabilē penitus vel inextricabilē ſaltem redderet, per quā multis annorū millibus, nedū per decemnouenales cyclos. 16. coniunctiones, ac oppoſitiones queq; medię per annos, ac menſes ſingulos, nulla in aureo numero eccleſię mutatione cōceſſa, abſq; vlla etiā calculi iniuria, (adhibita tamē, atq; vt infra ęquatione tēporis pręmiſſa) vel etiā quartędecimę paſchalis limites, nullo ī his ppetrato errore, dicto citius innoteſceret. Item ex prædicta dierū ſeptē amputatione, cū ob dierum paucitatē, tum ex ſolaris cycli dñicalis litera, ac concurrentis numeri immutatione necnō ex intercalaris diei, vel biſſextiliū annorū intercalandi ſerie neutiquā alterata, vix paucorum mentē, vel quauis alia minus ſaltē animū offenderet. Incongruū enim eſſet horū oīum mutare principia, vel (vt dicūt) eorundē radices, quę à xpi dñi natiuitate, vel incarnatione (vt plurimū) à cōputiſtis oībus rite aſſolet auſpicari. Nā & ſi etiā offendiculū aliquod vulgi mētibus offeret, min⁹ tamē quā prędictorū modulorū reformationis forma hęc ſedulo pręſtaret, quę mēſem aliquē non minorē diebus. 30. efficit, quā prædictarum alia Februariū tantum dierū decem & octo vel mēſem aliū in anno dierū viginti, vel decēnouem tantū efficiat. Quantū vero ad aſtronomicas tabulas vnico hoc tantū remedio ſubueniem⁹, quod eſt per ſubtractionē dierum ſeptem ab Era aliqua per tabulas cōſtituta, poſt inceptionē calendarij noui ſubtractione dierū totidem anno aliquo cōceſſa. Nec obſtat q per prędictā altero duorum prædictorū modorum amputationē ęquinoctium propriā, & antiquā ſedem per Alexādrinos patres, ac Dionyſium inſtitutā citra vigeſimūprimum Martij diem, vel vigeſimumquintum eiuſdem eliminet, quod Iulij Cęſaris obſeruatione, vel etiā Chriſti domini tempeſtate obſeruatū legimus. Quinimo ęquinoctiū per prædictā dierum ſeptem omiſſionē ſextodecimo (vt plurimū) vel quintodecimo calē. Aprilis, hoc eſt decimo

ſeptimo

ſeptimo eiuſdem die anno biſſextili, vel decimo octauo anno cõmu-ni collocaretur. Quia cũ Paulo epiſcopo Foroſempronienſi reſpon-debimus diem hunc vigeſimũprimum, vel aliũ Martij diem nullum ſolemnitatis myſteriũ obtinere, niſi ratione æquinoctij die ipſa, vel alia cõtingenti non enim lex vetus Martiũ, vel Aprilem, qui nondũ à Romanis fuerãt inſtituti, ſed lunares tantum menſes, ac quartam-decimam menſis primi vernali tempore obſeruandã, inſtituit, à quã (vt ſupra probauimus) paſcha noſtrũ ſub dominicæ diei obſeruatio ne dependet poſt verum ęquinoctij tranſcenſum, quẽadmodum Vi-ctoris Pontificis Maximi, nec nõ ſacrorum conciliorũ lex ſonat. Ve-rum enim ꝙ in Cęſarea paleſtina per vniuerſalem eccleſiæ concionẽ ab. 11. cal. Aprilis, ad. 12. cal. Maias paſcha celebrandũ fuerit inſtitu tum quod demum per Alexandrinos patres per dies quinq; proroga tum fuit, id fuiſſe aſſeritur ꝙ æquinoctiũ eõtunc die illa. 11. ſcilicet cal. Aprilis ideſt. 22. Martij die vel pridie (vt nũc. 10. vel. 11. eiuſdẽ) cõcurrebat. Quod aliorũ Pontificum, ac cęterorum conciliorum de creta per quartãdecimam menſis primi ſignificarunt, propterea eccle ſia certum minime Aprilis, vel Martij diem inſtituit pro paſchali ſo-lemnitate, tanquã Romanorũ, ac gentilium olim menſiũ, verum cer tos lunarium menſium dies obſeruat, quos Chriſtus Dominus, atq; eiuſdẽ ſanctiſſimi diſcipuli, vel eorundẽ ſucceſſores examuſſim cuſto-diere. Nullum ergo Martij dies ille vigeſimuſprimus, vel etiam vige-ſimuſquintus myſteriũ obtinet pro paſchali ſolemnitate, niſi ratione æquinoctij die tali, vel alio, vt nunc decimo, vel vndecimo cadenti, quod non ſecus de decimo ſeptimo, vel decimo octauo Martij die di cendum cenſetur. Nam ꝙ vigeſimoquinto ipſius die Chriſtus domi nus paſſus fuerit, vel ſecũdũ aliquos à mortuis reſurrexerit (quod ta-men inferius reprobabimus) nihil ad rem attinet, ni ita mallet eccle-ſia mobilia feſta in fixa, ac ſtabilia cõmutare, prętermiſſa ęquinoctij, ac quartędecimæ obſeruatione menſis primi, quia vere Chriſtũ Do-minum cũ diſcipulis paſcha manducaſſe, ac die altera crucis patibu lo affixum fuiſſe nõ ambigimus. Quod aũt pro multorum aſſenſu, ac eccleſię vſu ad vigeſimũprimum Martij, vel ad vigeſimumquintũ ipſius diem æquinoctiũ modo reduceretur, id quoq; non multũ diffi cile fore reor, ſi modo poſterioribus collibere reipublicæ Chriſtianæ principibus poſt calendarij noſtri tranſcenſum, videlicet poſt annos 304. dies alios ſeptem in anno quouis alio ſemel tantũ modo præ-dicto eripere, atq; amputare, vt ſic ad vigeſimũprimum Martij diẽ, vel prope reduceretur vernale æquinoctiũ, ceu prius in decẽnouena-

lis cycli initio fuerat inſtitutũ,ſiue etiam nunc diebus quatuordecim in annis duobus,modo quo ſupra mutilatis, ad vigeſimumquintũ Martij diẽ, licet nõ perenne duraturũ ſtatueretur. Dicet aũt aliquis fortaſſe ad quid prædicta mutilatio dierũ ſeptem in annis duobus, vel vnico tantũ,continuata, quum per aſſiduã æquinoctij anticipationem Introitus ſolis in Arietem quibuſlibet annis. 1 3 z. per diem ferè æquinoctia præferat, nec minus per eiuſdem anteriorationem ſeptuageſima,nedum quadrageſima ad Epyphaniã Domini decurſu temporis deuoluetur, propterea quia æquinoctiũ fixam ac ſtabilem in calendario ſedem habere nõ poteſt, ob cuius mobilitatẽ paſchales termini menſis primi quibuſlibet annis. 1 3 z.diuerſificantur.Quod ſi fixa modo ęquinoctij collocatione,decimoſeptimo Martij,ſiue vigeſimoprimo,aut etiã vigeſimoquinto eiuſdẽ,quartædecimæ quoq; paſchali calẽdario præfixus terminus aſſignetur nullũ tamen ad hoc remediũ afferet huiuſmodi dierum ſeptẽ amputatio quin paſchalia, vel mobilia feſta in perpetratos ſępius errores coincidant,vel paſcha (vt nunc)ſecundo ſæpius menſe celebretur. Cui reſpondendũ eſt,ꝙ tali dierũ ſeptẽ in anno ſemel amputatione exacta, vix p annos. 3 04. (per quos tabula noſtra calẽdarij noui inferius extenditur).lxx. nunquã citra Epyphaniæ Dñi octauã cadet, nec tamẽ ex hoc ęquinoctio ſtabilis, vel paſchali termino p̃fixus locus aſſignari debet. Propterea calẽdario noſtro æqnoctij locũ cum numero dierũ,ac horarũ Introitus ſolis in Arietẽ p annos.304.quotãnis ſingulariter aſſignauimus, quẽ obſeruari in canone noſtro oĩno inferius præcipitur, ad quemq; Dionyſij,necnõ Bedę aſſenſu magnopere intuendũ extat. Trãſactis vero ãnis prędictis.304.poſt ſubtractionẽ horarũ,ac minutorũ in aureo nũero à cõiunctionibus,& oppoſitiõibus medijs luminariũ inferius exponendã, calendariũ romanũ innouari poterit cũ aſcriptione æquinoctij proprijs dierũ, atq; horarũ numeris iuxta Alphonſi, vel aliorũ tabulas, vel per nouas tũc temporis octaui orbis, atq; ſolaris annuæ conuerſionis obſeruationes,ſiqua à præſenti obſeruantia,vel futura diſcrepantia oriretur.Et ſic tam ęquinoctij collocationis accuratam obſeruationẽ, quàm decemnouenalis cycli reformationẽ examuſſim exhibebimus,per quam paſchalis ſolemnitas iugiter incolumis permanere poterit,prætermiſſa autẽ dierum ſeptem,ſaltem prædictorum amputatione,nulla licet paſchalis exorbitatio ex hoc oriatur per vſualiũ huiuſmodi præſentẽ annorũ obſeruantiam,dũmodo ad ęquinoctij verũ,ac ꝓpriũ eiuſdẽ locũ,atq; veros paſchales terminos, ſiue quartaſdecimas lunas, ac plenilunia cœlo,atq; aſtronomi-

eo calculo cognita oculos atq; animũ aduertamus, ceu p noui calendarij noſtri tabulã innoteſcet. Nõ tamẽ Epyphaniç feſtũ, vel octauã ſaltẽ ſeptuageſima effugiet, quin hanc ſæpius attingat dicto annorũ ſpatio decurrẽte, vel etiã hoc tranſacto feſtũ hoc Epyphaniæ, vel Natiuitatis etiã plures antecedat, vnde omnino diuinorũ officiorũ ordinem in multis puertere conabimur, ſeruata etiã vera ęqnoctij ſede, atq; emuſſicata calẽdario aurei numeri cuiuſlibet deſcriptione. Qđ ſi per intercalaris diei omiſſionẽ quibuſlibet annis. 1 3 z. (ſi libuerit) ſtatuendũ, negotio huic in parte ſubueniemus, æquinoctij locũ decimo Martij die, vt nũc eſt collocando, ad hoc vt Epiphaniã ſaltem, (quãuis octauã minime) ſeptuageſima effugiat, & ſic diuinarũ rerum ſeries nũnus, aut rarius immutet. Adhuc etiã dici poteſt, (vltra q̃ in Aſtrologicis tabulis difficultatẽ, ob diei vnius qbuſlibet annis. 1 3 z. omiſſionẽ, vel cyclorũ plurium inhabilitatẽ confuſionẽ quandã pareret) qđ adhuc tamẽ incerti ſum⁹ an per poſteros ita examuſſim cuſtodiretur, an ve ſtatuentiũ limites per ipſorũ ſucceſſores omitteret, quẽadmodũ in Iulij Cæſaris intercalari inſtitutione per ſacerdotes olim ppetratũ legitur. Quod de intercalaribus vndecim in annis. 40. prętermittendis nõ minus ęque dicere poterimus. Quare tutius reor rem ilico auſpicatã terminare (data tamẽ facultate) q̃ alijs finiendã relinquere, atq; minus diuinarũ rerũ, vel ſacrorũ inſtituta, quã humanarũ ſeriẽ puerti debere, quũ maxime annũ romanũ, pro Impatorũ libitu toties, nõ ſemel pmutatũ legimus, præſertim vt cœleſti motui cõformiorẽ, vel propriorẽ redigerent. Quod modo pro paſchali ſolẽnitate maxime opportunũ adducimus, Quemadmodũ etiam de decẽnouenali cyclo inferius ſubſequenter exponemus.

¶ Caput duodecimum decemnouenalis cycli renouationem, æque aurei numeri reformationem continet.

ET Si nullus eſt cyclus paruus, vel magnus, maximus, aut mediocris, qui ſolares annos cuſtodientibus lunæ ætatem ad vnguẽ nobis poſſit cõmonſtrare, vt ſcilicet eodem cõpleto alterius lunationes per diem, vel horas ſaltẽ à prioris cycli primationibus, vel nouilunijs, aut oppoſitionibus aliqualiter nõ differant, quandoquidem ſolaris anni quãtitas, ac lunationes duodecim, vel plures minime ſe cõpatiũtur, quemadmodum nos ſuperius, nec minus vbertiſſime Ioãnis Iuſtingenſis, vel etiam Paulus Epiſcopus de Midelburgo aſtronomice, atq; Arithmetice comprobarunt. Sciendũ eſt tamen inter omnes lunares

cyclos nullum calẽdario noſtro propriorem, nullumq́; magis annuæ ſolari quantitati nobis modo uſu habitæ conuenientiorẽ, quàm decemnouenalem cyclũ reperiri. quiq; ſingulis eiuſdem reuolutionibus exactis, minori egeat æquatione, poſtquam ſemel reformatus fuerit, quẽadmodum inferius demõſtrabimus. Cuiuſmodi reformationem omnino neceſſariã, vel pro paſchæ indagatione opportunam cenſemus, & hoc ob magnã eiuſdem exorbitationem à cœleſti motu, quã prędiximus, longo, ac longiſſimo temporis curriculo nõ abſq; turpi nota contractam. Quũ maxime per aureum numerũ lunaris vel decemnouenalis cycli poſt hebręos latini priſci, græci quoq;, ac demũ occidentalis eccleſia poſt ægyptios quartaſdecimas paſchales lunas ſemper ſoliti fuerint indagare, vnde merito inſtaurãdus, vel reformãdus extat. Renouationẽ autem prędictã Paulus epiſcopus Foroſempronienſis haud incongrue fieri putauit per anteriorationẽ aurei numeri cuiuſlibet ad diem quintũ incluſiue à loco, quẽ prius in calendario vſq; modo obtinuit. Innouationem pręterea noui cycli, quẽ maxime ad decẽnouenalem eccleſiæ reduxit, haud inepte per aſtrologicam ſupputationẽ eduxit. Quem ſi modo romano calendario eccleſia aſcribi maluerit, pro tempore aliquo ſaltem perpetrati ſępius errores in paſchæ celebratione, atq; quartędecimæ indagatione pertranſibunt. Verũ quia (vt idem inquit Paulus) huiuſmodi lunares cycli, etiã optima ratione cõpoſiti, perpetuo durare non poſſunt, ideo aſtrologicam ſupputationem ſubiunxit, per quã per poſteros (ſi libuerit) reformari, vel innouari poſſit cyclus quilibet lunaris. Cum maxime doctorũ plurium ſententia, minime paſchali oppoſitioni, vel quartędecimæ lunę pręſertim Dñica die, vel ſabbato contingenti confidere debeamus, quę ſcilicet per ſimplicẽ, vel etiam nouũ, ac emuſſicatum aureum numerũ cycli cuiuſlibet reperta fuerit, quũ in rei veritate pro paſchali obſeruatione nullus quidẽ ſimpliciter ſatisfaciat ni horas, ac horarũ minuta cũ æquatione aliqua vltra dies integros cõtineat, vt ſic per aſtrologicã ſupputationem elimetur. Quũ ob intercalaris diei varietatẽ, tum ob ſuperius enarratas cauſas per diẽ, & horas nouilunia diuerſorum cyclorũ ſępenumero diuerſificentur, vt in his ſępius, vel quartadecima luna plurimũ aberrare contingat. Idcirco Iuſtingenſis mathematicus inſignis lunares cyclos oẽs reprobauit, poſt habita aſtrologica caſtigatione, quam per horas, ac minuta negocio huic magnopere opportunã comprobauit. Quod ſi ecõtra hebręorũ ritum in nos adduci poſſe cuipiã forte videbitur, quos iiſdẽ lunaribus cyclis per dies tantũ integros à lege data vſq; nunc, vel antea etiã

vti ſolitas agnouimus. Dicendũ ꝙ ipſi licet lunares menſes per dies integros abſq; horarũ, vel minutorũ numero obſeruent, adhibent tamẽ intercalares dies pro æquatione menſiũ ipſorũ, quos per epactas horarum ac momentorũ diuerſorum cyclorũ (vt diximus) in vnum collectarũ menſibus addunt, queadmodũ nos intercalaribus diebus pro adæquatione coutimur ſolariũ annorum ad ſolis curſum in zodiaco, diuerſitatem horarũ, ac minutorum in noſtro lunari, ſiue decẽnouenali cyclo vſq; nũc penitus aſpernantes, atq; hũc per dierũ epactas, atq; emboliſmos tantũ ſolaribus totidem reuolutionibus. 19. adęquari putantes. Ex prædictis autẽ diuerſitas magna in cõſtituendis hebręorũ menſibus tollitur, quam nos in ætate lunæ per aureum numerũ romano calendario aſcriptũ experimur. Vlterius hebræi Tabulas habẽt Gamalielis, nec nõ Caldaicã ſupputationem, per quam feſtorum ordinẽ paſchalium, atq; legalium ad vnguẽ cuſtodire poſſint, ſi modo his minus, quàm fœnerationibus animũ, ac ſtudium applicuiſſent, his nanq; hora, vel momentũ vnum tantũ in coniunctionibus medijs luminariũ prętermiſſum, diuerſitatem magnam in diebus efficit. Nos autẽ, quibus durum, atq; abſurdum eſſet ſolares annos in lunares cõuertere, atq; ideo cyclum aliũ (velut arabum annorum. 30. lunarium) noſtro nequimus inſerere calẽdario ob ſolaris anni ad lunarem incongruentiam. Idcirco in pręſenti, vt olim ab eccleſia vſu habitum decemnouenalem cyclum cum eiuſdem aureo numero, rite admodũ cuſtodiemus, adhibita inſtaurationis, atq; ęquationis forma in diebus horis, atq; minutis poſt debitam eiuſdem ac propriam calendario noſtro collocationẽ, per ſingulas ſcilicet ipſius reuolutiones ſexdecim, videlicet per annos. 304. coniunctiones, atq; oppoſitiones medias luminariũ, atq; quartaſdecimas paſchales menſis primi ipſo eodem aureo numero cõmonſtrante. Has vero cõiunctiones medias, menſibus anni duodecim, atq; paſchales oppoſitiones. Martio, & Aprili paucis quidem paginulis annotauimus, annis etiam. 304. non ſecus ac aſtronomico calculo (vt infra capite. 14.) proprius adæquãdas, à Foroſempronienſis Epĩ ſupputatione nullibi diſcrepantes, quũ præcipue omne verũ vero conſonet. Quas ille tamẽ per multas paginas in annos. 76. protraxerat, annorũ totidem. 76. cyclum magnũ conſtituendo, æquatione dierũ, ac horarum per annos plurimos in futurũ non omiſſa. Quãuis ob multiplicitatem numerorũ cycli ipſius calẽdario inhabilis ad ſcribendũ, iuxta Romani calẽdarij vſum cenſeatur, atq; ideo aureos numeros quoſlibet cycli ipſius penitus omittẽdo neglexit, nam quũ ſæpius decemnouenales

numeri alterius locum occupent, quidnã. 7 6. annorum cyclus efficeret ſi modo per eiuſdem aureos numeros inextricabiliter Calendario aliquo ſcriberetur? Cycli autẽ prædicti annorũ. 3 0 4. poſt ãnorum totidem decurſum pro futuris lõge temporibus talem exhibebimus reformationis modũ, ſeruata etiã aurei numeri eiuſdem per decemnouem calendario deſcriptione. Deſcriptis nanq; coniunctionibus medijs luminariũ cycli vnius annorum ſcilicet decẽnouem, per tabulã calendarij noſtri (aureo numero currentis cuiuſq; anni diebus menſium vſualibus prænotato) cum horis, atq; minutis à meridie vrbis Romæ eccleſiarũ omnium capitis aſtronomice cõputandis, quibus præciſe occurrunt ab anno chriſti Dñi. 1 5 2 0. incluſiue inchoando, adhibita deinceps æquationis forma pro reliquis reuolutionibus ſexdecim decemnouenalis cycli (velut calendarij noſtri tabulæ annotatur, de qua infra Cap. 1 4.) cum prædictarum reuolutionum ſpacio cõcurrentes, anni Romani. 3 0 4. vſualiter dies cõtineant. 1 1 1 0 3 6. perfectos. Cycli vero ſexdecim decemnouenales ſinguli coniunctiones medias. 2 3 5. atque ideo per. 1 6. productæ lunationes efficiant. 3 7 6 0. quæ iuxta præmiſſam lunationis cuiuſlibet quãtitatẽ dies capiunt. 1 1 1 0 3 5. horas nullas, minuta. 3 1. ſecunda. 8. 3ª. 0. Ideo lunationes prædictæ. 3 7 6 0. iiſdem ſcilicet annis. 3 0 4. concurrentes per horas vigintitres, minuta vigintiocto, ſecunda qnquagintaduo, tertia nulla præferuntur, vt ſupra etiã capite nono comprobauimus. Quod ſi à dierum numero horarum, ac minutorum cõiunctionum quaruncunq;, vel oppoſitionũ calendario noſtro per aureũ numerum deſcriptarũ poſt elapſum annorũ. 3 0 4. horas ipſas. 2 3. mi. 2 8. ſecũda. 5 2. arithmetice ſubduxeris, cõiunctiones, atq; oppoſitiones omnes ſubſequentis cycli per annos alios. 3 0 4. vſq; ſcilicet ad annũ Domini. 2 1 2 8. coæquatas habebis, ab anno Domini futuro. 1 8 2 4. incluſiue inchoãdo, quibus æquatio alia minime exquiritur per annos 1 9. reuolutionis primæ decẽnouenalis cycli, videlicet vſq; ad annũ. 1 8 4 2. (de qua infra cap. 1 4.) quemadmodum etiã in annis elapſis ab anno Domini. 1 5 2 0. vſq; ad annũ. 1 5 3 8. incluſiue nulla datur tabulæ noſtræ tẽporis æquatio. Exinde vero ab anno. 1 8 4 3. vſq; ad annũ. 1 8 6 1. æquationes ſecundi cycli tabulæ noſtræ aſcriptas prius adaptabis, quẽadmodum ab anno. 1 5 3 9. vſq; ad annũ. 1 5 7 7 tabulæ eidem notatũ fuerat. Haud ſecus de æquationibus aliorũ cyclorum efficies (quorũ canon infra cap. 1 4. exhibebitur) nihil in dierum numero, horarũ vel minutorum innouando, niſi in Dominicalis literæ deſcriptione loco, a g anni primi decẽnouenalis cycli, f e

deſcribendo. Et ſic de ſingulis, ceu ſolaris cycli, ac Dominicalis literę
canon inferius cap. 16. deſcribendus edocet. Quā dominicalem lite
ram ſingulariter proprio annorū numero diſtribues, quos etiam nu/
mera: in ſuis quoſq; locis aſcribes, ab āno Domini prędicto. 1824.
inchoando vſq; ad annos eiuſdem. 2127. Quibus elapſis (ſi deo pla
cuerit) nō minus per annos alios. 304. & vltra ad libitum innouari,
atque perpetuari poterit Romanum quodlibet calendarium per prę
dictam ſcilicet horarum. 23. mi. 28. 2ª. 52. ſubtractionem. Hoc tan
tum animaduerſo pro paſchali celebritate, vt quartædecimæ lunæ
(quæ modo ęquinoctio verno proxime pręcedunt, quęq; alias in fu
turum idipſum poſtergabunt) ex Aprili in Martiū cum ipſarum au/
reo numero, eiſdem ſcilicet inſeruienti transferantur, veluti. 14. nu/
merus, de quo infra cap. 16. quod nō minus de. 6. vel etiam. 17. au/
reo numero dictū pręſupponatur. Nec minus pręteritis quoq; tem
poribus, quàm futuris antedicta coniunctionū mediarum, ſiue tabu
la calendarij noſtri inferius deſcribenda abſq; vlla etiā ipſius innoua/
tione arithmetice adaptari poterit, per quam coniunctiones quaſq;
medias, vel oppoſitiones ab anno primo incarnati verbi, vſq; ad an/
nos. 3647. (non ſecus atq; per aſtronomicas tabulas) dicto citius
perſcrutabere, ſiue etiā vlterius quis marte ſuo hanc extendere volue/
rit. Si nanq; à diebus horis, atque minutis coniunctionis cuiuſlibet
(quam menſe aliquo venandam propoſueris) dierū horarum, ac mi
nutorum numerū ſubduxeris, quęadmodum è regione annorū Chri/
ſti Domini per annos. 304. collectos, per propriā tabellam inferius
notatū inuenies, ſi modò tēpus propoſitū calēdarij vel tabulę noſtrę
annos exceſſerit, videlicet. 1823. vel ſi hos præceſſerit, adieceris, co/
ęquatū coniunctionis ipſius, quod quęrebas, tēpus elicies p dies, ho
ras, atq; minuta poſt meridiē vrbis Romę (vt prędiximus) cōputan
das, ęquatione tamē altera (vt infra) adæquādas. Sic nāq; ab anno
primo Incarnationis ad annū vſq;. 303. incluſiue dies. 4. hor̃. 21. m̃.
24. ſupaddes. Quòd ſi hos exceſſerit annos ppoſitorū annorū nume
rus vſq; ad annos ſcilicet. 507. dies. 3. hor̃. 21. m̃. 55. itidē adijcito.
Primus nanq; annorū numerus cyclū magnū primū includit annorū
304. cuius qdē vnum ac primū ptranſiſſe, nō minus q̃ vnitatē ex au/
reo numero Incarnationis anno primo pceſſiſſe pręſupponim⁹ ab an
no quoq;. 304. incluſiue p annos totidē alios. 304. ſecūdus intercipit
lunaris cyclus magn⁹ ad annū vſq;. 911. cū ſuo titulo addc. Poſt hoꝝ
elapſum terti⁹ cyclorū numerus cōputatur. Et ſic de ſingulis. Elapſo
aūt cyclo ſexto, q anno. 1823. terminat̃, videlicet poſt calēdarij noſtri

tranſcēſum(ni ſecus reformatū fuerit quàm inferius reperitur)æqua/
tionis tēpus à cōiunctionibus medijs minuetur. Quod ſi modo (vt
ſuperius dictum eſt)per ſubtractionē horarum. z 3.mi. z 8. ac ſecun
dorum. 5 z. calendariū ipſum innouaretur, ſuperfluū eſſet ęquationē
hanc denuo ſubducere. Animaduertēdum igitur in primis extat ex
quo ſit cyclorū ordine annus propoſitus, cuius ſcilicet lunationis ho
ram quæris, vt per additionē, vel ſubtractionē æquationis huiuſce
primæ iuxta Titulū ipſius Adde. vel Minue aureus numerus lunatio
nis ipſius diebus menſiū proprio ſcilicet loco collocetur. Quod ſi an/
norum propoſitorū numerus tabula calendarij noſtri includetur, ab
anno ſcilicet Dñi. 1 5 z0. vſq; ad annū. 1 8 z 3. incluſiue, nullo modo
æquatione iſta indigebimus. Æquationē igitur hāc primo loco ha
bitam cū diebus, horis, ac minutis, cūq; ꝓprie eiuſdē titulo iuxta cy/
cli exigentiā, in quo ꝓpoſitorū annorū numerus includit(vt hic infe
rius notatū reperitur) ad partē ſerua, quia ipſa inferius indigebimus.

Cyclorū nūs.	Anni xp̄i Dñi.		Dies	hoř.	mi.	Anni xp̄i Dñi.
1	0	Add.	4.	21	24	303
2	304	Add.	3.	21	55	607
3	608	Add.	2.	22	27	911
4	912	Add.	1.	22	58	1215
5	1216	Add.	0.	23	29	1519
6	1520	0 0.	0.	0	0	1823
7	1824	Mi.	0.	23	29	2127
8	2128	Mi.	1.	22	58	2431
9	2432	Mi.	2.	22	27	2735
10	2736	Mi.	3.	21	55	3039
11	3040	Mi.	4.	21	24	3343
12	3344	Mi.	5.	20	53	3647
	Initiū cycli.					Finis cycli.

Æquatione hac primo loco ſeruata, reliquas tabulę noſtrę calēdarij
noui aſcriptas cyclis quibuſlibet duodecim ſuperiorib⁹ deinceps ac/
cōmodabimus atq; exinde anni cuiuſlibet ęquationē propriam ex re
uolutionibus ſexdecim per calendariū noſtrū ſecundo loco exquiren
dam venabimur. Ex quo in primis aureū numerū anni ꝓpoſiti, atq;
eiuſdem congruentiā ad reuolutiones ſexdecim Tabulę calēdarij no
ſtri proprius(vt hic inferius)exquiras. Cū nanq; æquationes reuolu
tionis primę, vnius decēnouenalis cycli quas tabulę calendarii noui
inſeruimus, ānis priorib⁹ decemnouē cuiuſlibet cycli magni annorū

304.ex ordine correſpõdeant.Exinde alię decẽnouem ſubſequẽtibus annis ipſis decẽnouem atq; ideo reuolutioni ſecundæ decẽnouenalis cycli coęquenť,queãdmodum ęquationes dico ab anno. 1 5 2 0.vſq; ad annos. 1 5 3 8 .interceptæ reuolutioni primæ tabulæ noſtræ depu tantur.Alię. 1 9 .ſubſequẽtes cyclo ſecũdo tribuunť.Et ſic de ſingulis vſq; ad ſextũdecimum decẽnouenalem cyclũ, & annorũ. 304.cõple mentũ. Sic igitur propoſitũ ęquationis ſecũdæ reuolutionũ ſexde cim per tabulã calendarij nr̃i abſoluturus, annorũ numerũ cycli ma gni ex duodecim premiſſis propria ipſorũ, ac ſuperiori tabula deſcri ptorũ minorẽ ſcilicet ac propriorẽ ab annis tuis ꝓpoſitis ſubducito, ex his minorẽ, ac propriorẽ inquã,qui in extremo tabulę ꝑmiſſę mar gine in annis xp̃i deſcribunť.Et hic eſt numerꝰ ipſe(vt clarius innote ſcat) qui cyclũ magnũ terminauit numerũ ꝓpoſitorũ annorũ tuorũ pręcedentẽ vt puta, ſi anni tui ꝓpoſiti in ſecũdo cyclorũ ordine inclu duntur vt ſi videlicet, cõiunctio adæquãda ab anno fuerit. 304.vſq; ad annum. 607.incluſiue,ſic vltimũ prioris cycli numerum in annis chriſti.D.accipito,qui ſunt. 303.Quos ab annis tuis, quos(vt ſu pra)propoſueris,ſubducito.& ſic de reliquis. Subtractionis enim reſi duum,vel ipſe propoſitorũ annorum numerus qui dum ex primo cy clorum duodecim ordine fuerit,ſubtractionis loco per vnitatem au geatur, iſte aureum numerum currentis anni propoſiti,nec nõ corre ſpondentẽ cyclum ex ſexdecim pręd ictis cum æquatione ipſius in ca lendario noſtro demõſtrabit.Si nanq; ſubductum numerũ illum:vel alium prioris cycli(vt ſupra)per vnitatẽ adauctum per. 1 9 .partieris ex quotiente cyclorum numerũ perfectorũ decẽnouenalium, ſcilicet nec non ex reliquo partitionis,ſubſequenti cycli aureum numerũ an no propoſito ſeruientem quẽ quærebas educes. Quod ſi partitione facta,nulla in reliquo habueris. 1 9 .erit aureus numerus anni ipſius, totusq; cyclus,quotus fuerit in quotiente numerus.Anno autẽ huic ęquatio talis debebitur ex tabula calẽdarij noſtri,qualis ẽ directo au rei numeri,(quotus q̃ſq; fuerit) proprio tamẽ cyclorũ ordine ſeruato aſcribitur. Hãc deniq; ęquationẽ ſecũdo loco habitã, primãq; ſupe rius ad partẽ ſeruatã cum proprijs titulis Adde, vel Minue (ſeruata dierũ hora rũ,ac minutorũ ſerie) vnã alteri ſubſcribas, ꝙ ſi diuerſorũ fuerit titulorũ aſcriptio,minorẽ à maiori ſubtrahe,ſin vero ambę ad dendæ,vel ambę minuẽdæ ſint,ambas ſimul collige, productũq; to tum adde,vel minue iuxta titulorũ exigentiã à diebus,horis,atq; mi nutis cõiunctionis cuiuſlibet per aureũ numerũ anni propoſiti calen dario aſcriptis. Aliter aũt vt pręd iximus numerũ ſubducito minoris

ęquatiõis à maiori,ſi modo diuerſæ fuerint, iuxtaq; maioris deno mĩ nationẽ reſiduũ adde,vel minue à cõiunctionis horis prędicto modo inuentis,vt coniunctionẽ ipſam anni ꝓpoſiti, mediã ſcilicet perinde atq; aſtrologico calculo adęquatã habeas. Quę vt exemplo magis, quàm verbo clarius innoteſcãt,annũ primum propono poſt nycęnã ſynodũ,qui fuit. 323.annus chri Dñi currẽs,cuius coniunctionẽ me diam Ianuario menſe factã libeat indagare per poſitionẽ ſcilicet no/ uam calẽdarij noſtri. Vnde quia per ꝓpriã tabellã ſuperius deſcriptã numerũ hunc annorũ. 323 .interceptũ inuenio cyclo ſecũdo,qui an no. 304.inchoaẽ,atq; anno. 607.terminatur. Ideo æquationẽ cycli ſecundi per propriã tabellã ſuperius expoſitã cum ſuo titulo Adde ad partẽ noto,quę eſt dierũ.3.hoř.21.mi.55.numerumq; illũ accipio, qui pręcedentẽ cyclum primũ, ac priorem proxime finiuit. Et hic eſt 303.cycli primi terminus,hunc igitur ab annis ipſis ꝓpoſitis,vide/ licet. 323.iubeor ſubducere,ex quorũ ſubtractione. 20.remanẽt, nu merus iſte. 20. cyclorũ minorum ordinẽ calendario noſtro deſcripto/ rum,atq; exactorũ, cum aureo numero proprij cycli anno propoſito conuenienti demõſtrat.Si nanq; numerum hunc. 20.per decẽnouem partieris,vnum in quotiẽte habebis,vnitate etiã in reliquo remanen te,productus itaq; vnus in quotiente, reuolutionẽ primam ex cyclo/ rum ſexdecim ſerie exactã indicat,atq; vnitas in reliquo vnitatem au rei numeri ex ſecundo decẽnouenali cyclo anno propoſito concurren tem inſinuat. Vnitas itaq; aurei numeri cyclo ſecũdo reperta, cui an/ norum chri numerus. 1539.calẽdarij noſtri tabulę aſcribitur ſub ti tulo ęquationũ,ęquationẽ ſecundi cycli ẽdirecto vnius ex aureo nu/ mero Ianuario mẽſi ſeruientẽ idicat, quę eſt hoř.7.m̃.28.Minuẽda. Hanc ęquationi primæ ſuperius ad partẽ ſeruatę ſubſcribo,quę fuit dierum. 3.hoř.21.m̃.55.addenda quidẽ,à qua ęquationẽ prędictã diuerſi ſcilicet tituli,ac minorẽ ſubduco,reſiduũq; maioris æquatio/ nis primę,videlicet dies. 3.hoř.14.m̃.27.iuxta prioris tituli exigen tiã diebus addo horis, & minutis vbicunq; vnitas in aureo numero Ianuario mẽſe calẽdario noſtro aſcriptã inuenio, qui fuit aureus nu/ merus currens anni propoſiti, cuius ſcilicet lunationẽ primam anno eodem factã exquiro. Vnitas hęc igitur ex aureo numero calendarij noui Ianuario menſe diebus. 19.ipſius aſcribiẽ,cum hoř. 13.m̃.50. Quibꝰ reſiduum ęquationis pręmiſſę,videlicet dies. 3.hoř. 14.mi. 27.iuxta prędicta Addo.ex quorũ additione dies. 23.hoř.4.mi. 17. colligo cõiunctionẽ mediam ſcilicet luminariũ anno primo poſt ny/ cenam ſynodum, Chriſti vero. 323.Ianuario menſe. 23.ipſius die

horis prędictis poſt vrbis meridiē factā. Quod modo propoſitū fuit.

Vnitas hęc ipſo eodē die per Dionyſiū abbatē Romano calēdario (vt ſupra capite ſexto) fuit appoſita, quæ antea cōiunctionis diē per dictū tempus indicarat, quę modo per dies quatuor in calēdario noſtro nulli dubiū pręferri debere cenſeſ, quod nō minus cœlo oculis videri, quā aſtronomico calculo rationabiliter pſpici pōt. Qua de re exemplum aliud perbreue cape, anno Dñi decurſo. 342. in Ianuario mēſe. Qui quoniā annorū numerus (vt modo prędictus) nō minus cyclo ſecūdo ex duodecim pręmiſſis includitur, Ideo ęquatione eidē cōpetenti accepta, dierū. 3. hoř. 21. mi. 55. Add. et ad partē cum ſuo ipſius titulo Adde ſeruata vltimū, atq; prioris cycli minorē numerū. 303. à prędicto annorū numero. 342. ſubduco cuius reſiduū, quod eſt. 39. per. 19. diuido ex quorū diuiſione binariū numerū in quotiēte elicio, reuolutiones duas cyclorū minorū perfectas demōſtrantem, vnitate in reliquo remanēte, qui eſt aureus numerus currēs anni propoſiti. 342. ex quo reuolutionibus duabus trāſactis, tertiū decēnouenalem cyclū tabulę calēdarij noui cū vnitate aurei numeri ingredior cuius eregione Ianuarij mēſis ęquationē inuenio horarų. 14. mi. 56. Minuendā, nihil ad annorū numerū pręſcriptorū reſpiciēdo, verū ad aureū numerum tantū, atq; Ianuariū menſem propoſitū, cuius lunationē quęro in anno prępoſito. 342. Quod ſi modo anno ipſo cōiunctionē aliquā poſt Februarium mēſem exactum perquirerē, non hāc ęquationē antedictā, verum ſubſequentē Martio aſcriptā per anni reliquum acciperē vt infra capite. 14. latius edocebere. Demū quoniā æquatio prima maioris cycli ſuperius ad partē ſeruata addenda fuērat. Videlicet dies. 3. hoř. 21. mi. 55. ꝑpterea minorē hāc horarum 14. mi. 56. modo dictā minuendā ſcilicet diuerſi quoniā tituli reperitur à priori ſubduco, cuius reſiduū videlicet dies. 3. hoř. 6. mi. 59. iuxta ſuperioris tituli notā, diebus addo. 19. hoř. 13. mi. 50 in Ianuario menſe per vnitatē aurei numeri calēdario noſtro deſcriptis. Fiunt itaq; dies. 22. hoř. 20. mi. 49. tēpus ſcilicet cōiunctiōis medię Ianuario menſe factę anno ꝑdicto, 342. cuius fuit vnitas aureus numerus currens. Exēplum aliud habeas pro futuris modo tēporibus ad annos ſcilicet Dñi. 2678. in Aprili mēſe qui quoniā annorum numerꝰ cyclo magno nono icluditur. Ideo ęquatione eiuſdē accepta, & ſeorſum cū ſuo titulo Mi. ſcripta, quę eſt dierū. 2. hoř. 22. mi. 27. minorem ac propriorē in extremo tabulę margine notatū numerū. 2431. ab annis prędictis minuo reſiduūq;, quod eſt. 247. per. 19. diuido ex quo. 13. in quotiente habeo, nihil in reliquo extante. Vnde. 19. au

reum numerũ tertijdecimi decẽnouenalis cycli elicio, annis propoſi/ tis reſpondentẽ. Ex quo ęquationem ſecundã, anno vltimo. 19. ſcili/ cet tertijdecimi cycli tabulæ calẽdarij noſtri deſcriptæ, videlicet hoř. 17. mi. 37. minuendã, æquationi primæ ſuperius ad partẽ ſeruatæ Addo. quę fuit dierũ. 2. hoř 22. mi. 27. Minuenda. Collectũq;, vide licet dies. 3. hoř. 16. mi. 4. (quia ambę minuendæ fuerant æquatio/ nes ipſę) à diebus. 28. hoř. 11. mi. 45. demo. quos per. 19. aureum numerum annorum propoſitorum in Aprili mẽſe è calẽdario noſtro eduximus. Ex quorũ ſubtractione dies remanẽt. 24. hoř. 19. mi. 41. aſtronomicè ſumpti, qui tamẽ vigeſimusquintus currens computa tur. Et tunc pridie paſcha noſtrũ celebrabit, videlicet vigeſimoquar/ to Aprilis die quo itidem die anno Dñi. 2773. (ipſa inquam noui/ lunij die) æque paſcha noſtrũ occurret, quartadecima luna aurei nu/ meri Romani calẽdarij. 17. Aprilis die, atq; b Dñicali litera vtrobiq; annis ipſis cõcurrenti, ac paſcha ad octauã proxime per dies ſeptem transferẽte (in opprobriũ attamẽ Chriſtanæ reipublicę) ni modo pa ſchales Dionyſij, vel Alexandrinorũ canones, atq; aurei numeri vſua lis deſcriptio põtificali, vel etiã ſacroſanctę Romanę eccleſię auctori tate (vt prędiximus) innouẽtur. Hęc pro futuris, atq; prętcritis lon ge temporibus dicta ſufficiant calẽdarij noſtri tabulã excedentibus quiq; annorũ. 304. cycli noſtri lunaris termino excluduntur, qui du' plici indigent ęquationis norma. His nãq; (vt prędiximus) cycli no' ſtri annis. 304. tabulę noſtrę vnica tantũ opus eſt ęquatiõe ipſa, vel futuris etiã cyclos duodecim magnos prę miſſos excedentibus, dum/ modo calendariũ noſtrum modo, quo ſupra, quibuſlibet annis. 304 ſiue etiã hoc pacto perpetuo duraturũ innouetur. Verũ antequã ad ęquationum canonem cyclorũ minorum transeamus, pauca admo/ dum ſuper medios, atq; inęquales luminariũ coitus diſſeramus.

¶ Caput. xiij. diuerſas doctorũ ſententias ſuper veros, atq; medios, & ęquales luminariũ motus, ac tutiorẽ ſuperinde modũ exponit.

DVbitarũt aliqui inter nouellos auctores, docte quidẽ, atq; erudite, nec minus ſup paſchali celebritate perſpi/ caciſſime differentes. Quęnã oppoſitio paſchalis ſacrę diei nuntia media ſcilicet an vera rectius ſit aſſumẽda, quãdo quidẽ in paſchę celebratione iuxta diuinorũ an tiquæ legis pręceptorũ expoſitionẽ (de qua ſupra capite quarto) ve/ ſpere lunã quartadecima die orbe pleno cõſpectam, atq; dominicum

diem

diem proxime ſubſequentē iuxta eccleſiæ ſanctiones, pro paſchali ſolemnitate apud nos cuſtodiri debere minime dubitatur. Quáobrem inæqualiũ, ac verorum motuũ obſeruatores arguunt, ꝙ vera luminarium oppoſitio, quę Soli diametraliter obijcitur, mediam, ac ęqualē per horas quandoꝗ tredecim præcedere, vel modo ſubſequi poteſt. Ideo centrũ corporis lunaris à ſolari per gradus tunc ſeptem, vel circiter, diametraliter diſtare poterit. Quo ſtante nō erit luna ipſa (tunc temporis ſaltē) in oppoſitione media ſcilicet luna lumine repleta, verum ſæpius lumine creſcens, vt etiã lumine diminuta cœlo conſpici poterit. Quare pleniluniũ verum eligi malunt, quàm oppoſitionem mediam, atꝗ hanc nō minus hoc, quàm alijs plurimis reſpuũt argumētis, quę in pręſenti breuitatis cauſa omittimus. Sed econtra mediorum, atꝗ ęqualium motuum imitatores, atꝗ defenſores, poſthabitis modo eorundē rationibus in contrariũ deductis. Iudæos aſſerũt, ita à vetuſtiſſimis eorũ patribus edoctos, latinos, gręcos, Alexãdrinos ęgyptios, ac romanã tandem eccleſiã mediocres dumtaxat, et æquales cōiunctiones, mediasq; luminariũ oppoſitiones in paſchæ celebratione vſquequaꝗ ſolitos obſeruare, à quorũ ſemita incōgruũ eſſet, nouũq; nobis diſcrepare, tanquã antiquæ, vel nouæ etiam legis paſchaliũ canonum inſtitutoribus ignorantiã impingentibus. Addentes etiam ꝙ aureus numerus decēnouenalis, ſiue lunaris cycli ab ijſdem oībus, necnō ab eccleſia vſꝗ modo cuſtoditus, vt nunc ſtat, vel per paucos vix annos elimatus cuſtodiri poſſet, per quē luna prima, vel decimaquarta, ſiue etiã paſchalis ſolēnitas rite longius indagetur. Aduerſariorũq; in cōtrariũ dicta taliter abſoluũt. Impoſſibile ſcilicet extitiſſe, vel modo futurũ aſſerere lunam ſemper diametraliter ſoli oppoſitam in occiſione agni, quãdo ſcilicet quartadecima cōpleta ad veſperã, quintadecima inchoante imolabatur, ne ſcilicet modo antea, modo poſtea, vt tũc raro vero fieret luminariũ oppoſitio, ni talem deus legem cœlorũ motibus pro hora illa, qualē hominibus, exhibuiſſet. Vnde pleniluniũ vel prope tranſactum, vel nō longe futurum ad hoc tantũ ſufficere aſſerũt pro agni occiſione in decimęquartæ obſeruatione, quũ maxime oppoſitionis applicatio, vel eiuſdem ſeparatio per gradus duodecim antea ſtatuatur, vel alijs totidem poſtea ob lunares radios terminetur. Et ſic non oportet per gradum, vel minutũ tali vtiꝗ hora lunã in zodiaco ſoli diametraliter opponi dũmodo per applicationē oppoſitionis aſpectũ ineat, nec ſolares radios per ſeparationē graduum. 15. luna ipſa ſubterfugiat. Et ſic neutiq̃ luna lumine diminuta, vel ſenſibiliter ſaltem tunc tēporis conſpicie-

tur. Quod in quartędecimæ cuiuſuis termino calendarij noſtri maxime cuſtoditur, de qua infra cap. 14. Accedit ad hoc q oppoſitiones quæq, ſicuti etiã cõiunctiones ambę vera ſcilicet atq mediocris eadem quãdoq hora conueniũt, ſæpius citra horarũ ſex ſpatio, quã vltra ad horas vſq treſdecim, vel parũ plus cõcurrentes. Ego tamen ſup re tali meã nequeo in mediũ proferre ſententiã, quum meũ nõ ſit huiuſmodi munus. Hoc tamen tantũ aſſero (vltra veterũ oĩum aſſuetudinem, ac mediorũ motuum habilitatẽ, vel facilitatẽ in paſchę celebratione, quę nõ ita ſtricte paucorũ tantum mathematicorũ numero, ſed etiã ſemidoctis debeat innoteſcere) quod ex veris, & inęqualibus etiã motibus, tum ex diuerſitate tabularũ, tum ex modo operantium plures poſſent cõtrouerſię ſuperinde exoriri quũ Iuſtingenſis, & aliorũ, inęqualiũ motuum pfeſſorũ ſententia minutorũ nedum horę vnius differẽtia in oppoſitiõe luminariũ per dies ſeptẽ, vel etiam per dies quandoq. 28. paſcha noſtrũ diuerſificari faciat, quẽadmodum nõ minus penes hebręos, per Gamalielis tabulas, vel eorundem caldaicã ſupputationẽ in paſchali ſolẽnitate iandudum obſeruatũ legimus. Quo tamen dato q per peritiſſimũ mathematicę ſupputatorẽ oppoſitiões quęq annuæ paſchales iuxta veros, & inęquales motus vt puta per annos ſex qui mille, vel vltra diligentiſſime calcularẽtur, tunc eiuſdem authenticũ penes Apoſtolicam tantũ, ſedem in archiuo exhiberi neceſſum foret. Et ſic per Pontificem maximum quotannis cæteris eccleſijs intimari quo ſcilicet die paſcha ſanctũ anno ipſo celebrari deberet. Quod omnino tędioſum, nedum chriſtiano cœtui abſurdum eſſet paſcha noſtrum chriſticolis ipſis ignorari. Quod ſi modo exemplaria plura exinde haberentur, vel ſcriptorum incuria, vel impreſſorum errore (vt etiam in ſupputatorijs tabulis ſępenumero fieri concernimus) iiſdem in dierum, vel horarum numero aliqualiter vitiatis, non minor exhiberetur diſſenſionis occaſio, quàm ſi per diuerſos computarentur auctores, quũ quilibet etiam ſupputatoriæ artis ſemidoctus ad correctionẽ, non minus, quàm cõſumatiſſimus mathematicus (perperam forſitan) feſtinaret, vnde ad primum, & vnicum exemplar ſemper opus eſſet confugere, quod non omnibus opportunum foret. In medijs autem luminarium congreſſibus, vel eorũdem plenilunijs omnis laboris atq erroris occaſio tollitur, quũ quilibet etiam idiota haſce poſſit Calendarij noſtri medias luminarium coniunctiones per aureum numerum anni cuiuſlibet ab eccleſia longiſſimo tempore vſui habitũ abſq vlla calculi nota corrigere, atq emendare, hoc pacto. Videlicet vt coniunctioni primæ deccu-

nouenalis cycli quę fuit anno Dñi. 1520. die. 19. hoř. 13. m̃. 50. in Ianuario mẽſe eregione vnitatis pro aureo numero anni illius, vt cęteris ibidem exarato, dies addãtur. 29. hoř. 12. m̃. 44. Quibus collęctis dies fiunt. 49. hoř. 2. m̃. 34. A quibus ſi dies. 31. Ianuarij demantur dies reſtabunt. 18. hoř. 2. m̃. 34. tempus ſcilicet coniunctionis mediæ Februario menſe factæ anni prędicti. 1520. Cui ſi modo dies iterum addantur. 29. hoř. 12. mi. 44. dies proſilient. 47. hoř. 15. m̃. 18. ex quibus dies. 29. ob intercalarẽ biſſexti diẽ anni prædicti ſi deducantur, coniunctio media proſiliet Martij die. 18. hoř. 15. mi. 18. Sicq; vſque ad anni calcem procedendo, luminarium coitus omnes verificabuntur. Vbi vero ad extremum anni, vel coniunctionem vltimam perueneris ſub vnitate aurei numeri, quæ fuit anno eodem. 1520. menſe decembris die. 9. hoř. 9. mi. 54. per Additionem iterum vt ſupra dierum ac horarum totidem, atq; minutorũ dies reſultabunt. 38. hoř. 22. mi. 38. à quibus dies ſubtrahes. 31. Decembris ſcilicet. Et dies remanebunt. 7. hoř. 22. mi. 38. tempus ſcilicet coniunctionis Ianuario menſe factę anni. 1521. vbi duo pro aureo numero anni illius deſcribuntur. Sic itaq; vſque ad decemnouenalis cycli vnius completam reuolutionem procedendo operabere, donec coniunctiones omnes annorum. 19. adęquaueris, vnitatem aureo numero cuilibet præcedentis anni pro futuro anno iniungendo, quotiens ad finem anni, vel coniunctionem vltimam deueheris. Hoc tantum animaduerſo ꝙ ob ſecunda tria, tertia duo, quarta vigintiquatuor, quibus lunatio quæq; dies. 29. hoř. 12. mi. 44. exuperat (quæ tamen pro facilitate operantium prætermiſimus) Addendum fuit lunationibus quibuſdam minutum vnum, quibuſlibet videlicet lunationibus viginti ferè, vt punctuatim per minuta quælibet exquirenti patefiet, Quemadmodum in lunatione Februario menſe facta die. 6. hoř. 11. mi. 23. eregione aurei numeri duo, vbi dicta de cauſa minutum vnum ſuperadditum fuit. Quod per additionem dierum. 29. hoř. 12. mi. 44. lunationi menſis prædicti patefiet. Quæ ſcilicet fuit die. 7. Ianuarij hoř. 22. mi. 38. binario aureo numero decurrente. Verum ſi modo de priori lunatione dubitaueris, per quam reliquias ſuperius recenſuimus, hoc pacto operabere, diebus, horis, atque minutis lunationis ſecundæ cycli eiuſdem, (quæ deſcripta eſt in Februario menſe eregione aurei numeri vnius) dies addas præcedentis menſis. Exempli gratia diebus. 18. hoř. 2. mi. 34. (quæ eſt prædicta luminarium coniunctio in Februario menſe) dies 31. Ianuarij menſis ſuperaddes ex quibus dies. 29, hoř. 12. mi. 44.

demas. Et reſiduum præcedentem lunationem primam ſcilicet cycli eiuſdem oſtendet., quæ fuit decemnouenalis cycli prima prędicta lunatio in Ianuario menſe vnitate aurei numeri decurrente, haud ſecus de alijs facito. Et vt ſummatim concludamus, ſi quando de lunatione aliqua dubitaueris, dies. 29. hoř. 12. mi. 44. ſuperaddas, à collecto dierum numerum menſis deducendo; & reſiduum ſubſequentem lunationem oſtendet. Econuerſo per operationem alteram modo dictam operabere, menſis dies præcedentis cõiunctionis tempori iniungendo, atq; dies. 29. hoř. 12. mi. 44. à collectis deducendo ſic nanq; coniunctionis cuiuſlibet tempus modo prædicto trutinabis. Non ſecus ac de coniunctionibus, medijs dictũ fuit, in æquinoctij rectificatione efficies, vt ſic Tabulæ noſtræ integritatẽ exhibeas, per additionẽ nanq; dierũ. 365. hoř. 5. m̃. 49. vel per eorundem ſubtractionẽ ęquinoctij tẽpus quodlibet examinaueris in diebus horis atq; minutis. Oppoſitiones autẽ luminarium, ſiue quartaſdecimas paſchales per additionem dierũ. 14. hoř. 18. m̃. 22. diebus horis atq; minutis præcedentis cõiunctionis, nõ minus omnes verificabis. Æquationes aũt coniunctionũ atq; oppoſitionũ mediarũ hoc pacto examinabis, ſinguli nanq; cycli cuiuſlibet menſes in anno priores Ianuarius, ſcilicet atq; Februarius æquationẽ ſibi propriã aſciſcunt, nõ ab alijs tamẽ penitus differentem, verũ binarijs, vel trinarijs, modo ſingulariter poſitis æquationibus parem, vt ipſorũ ordo expoſtulat. Primus annorũ. 19. cyclus æquationẽ nullã exquirit. Secundus. 6. 10. 14. parem annorũ ordinem in æquationis, ac Tituli mutatione perquirũt, quibuſlibet ſcilicet annis quatuor biſſextilem præcedentibus. Tertius. 7. 11. 15. ſingulis binis annis. Quartus. 8. 12. 16. ſingulis quibuſlibet biſſextilibus annis Ianuario, ac Februario, eiuſdẽ cycli ęquationẽ aſcriptam ſibi vindicant. Ex ſexdecim reliquis p̃dictis Quintus decẽnouenalis cyclus. 9. ac. 13. tantũ æquationes ſtabiles (nulla in his mutatione facta dierũ, horarum, vel minutorũ) propriã tamen ſigilatim quiq; exquirit. Horarũ autem, ac minutorũ numerum ęquationũ prædictarũ per cuiuſlibet cycli eiuſdem in numeris conformitatẽ recenſebis, ſiqui enim ſcriptorum, vel impreſſorũ vitio laborarent, reliquos attamen pro maiori parte incolumes permanſiſſe arbitrandũ eſt, longum et enim atq; tędioſum nimis eſſet prędictorũ omnium normã explicare, ni modo per Blanchini, vel Alphõſi tabulas, (vt taceã facillimũ Foroſempronicẽſis rei huiuſce canonẽ per nouas, nõ vulgares epactas) ſingulas, vel binas cyclorum ſexdecim quorũcunq; coniunctiones medias eliceres, ipſas

inuicem

inuicem cõiunctionibus cycli primi ſingulariter cõparando, vt inde equationes proprias cycli cuiuſlibet educeres. His omiſſis, ad rhum bum reuertendo, mediorũ motuum, ac equaliũ coniunctionũ obſer uationem ab eccleſia vſq; modo cuſtoditam pro paſchali ſolemnita/ te habilem, opportunã, ac tutiorẽ exiſtimo, in qua nullus penè error accidere poteſt. Nec tñ inficior veros planetarũ motus (ſi modo recte abſq; vlla coeleſtiũ motuum variatione ſupputẽtur) maioris eſſe effi/ cacię, atq; virtutis coeleſti eorundẽ influxu, (vt in aſtrorũ iudicijs ex/ perimur) verũ id curę Aſtronomis non eccleſię pręſulibus impinga/ mus. Mediocres nanq; & ęquales luminariũ coniunctiones ſimplici motu repertę apud oẽs mundi nationes, vel mathematicos oẽs eiuſ/ dem reperiuntur quantitatis, quã prędiximus, licet enim ſecundũ di uerſos canones diuerſimode ruminentur, in temporis tamen quanti/ tate, vel earundẽ indagatione nulla inuenitur horarũ vel minutorũ diſcrepãtia, niſi forte ob meridianorũ diuerſitatem vel etiã temporis equatione neglecta. Quũ in veris, & inequalibus multę ac plurimæ ſint errãdi occaſiones cũ ob motus, ac tẽporis inequalitatẽ aſſiduam ab vna ad aliã luminarium coniũctionẽ, tum ob tabularũ atq; equa tionũ pluriũ, vel operantiũ diuerſitatem, vt taceam motus augiũ, ac ſtellarũ fixarum haud certã ſcientiã, quo auges queq; proprię plane/ tarũ, ac inequales inde motus aliqualiter decurſu tẽporis variantur.

Ob diuerſitatẽ tandem prædictã dico (ne argumentorũ diſcrepan/ tiæ huius cauſa ſileatur) paſcha noſtrum per dies ſeptem, multotiens transferri poſſe, ne dicam per hebdomadas quatuor, quẽadmodum anno Dñi elapſo. 1 5 3 3. oppoſitione vera poſtea equinoctiũ, media ècontra antea coincidente, maxime ad Tubingæ Meridianum Iuxta Juſtingenſis ſupputationẽ. Ex quo ipſe paſcha noſtrum. 1 6. Martij celebrandum propoſuit, dum tamen non mediarum coniunctionũ, ſed inequalium normam ſectari liceat.

¶ Caput quartumdecimũ tabulę calendarij noui vſum, ſiue media rum ſolis, ac lunę cõiunctionum, atq; oppoſitionum canonẽ, nec non cętera paſchali ſolemnitati opportuna declarat.

PAſchalis ſolemnitas ex mẽſis primi lunatione, vel eiuſ/ dem quartędecime, ſiue plenilunij, atq; equinoctij in/ dagatione, tum ex Dñicali lrã, vel dominicę ſubſequẽ/ tis diei obſeruatione depẽdet. Harum rerum omnium ſeriem in calendario noſtro, ſiue tabula mediarum con

iunctionū,atq; oppoſitionū offendes,in primis nāq; ſiniſtrorſum ſub męſis cuiuſlibet titulo aureus nūerus ab eccleſia vſq; modo cuſtodit⁹ offert.Qui ſuo quiq; loco ęregione diei illius mēſis cuiuſlibet præno tatur,cuius poſt meridiē cōiunctio quęq; cycli eiuſdē occurrit ab an/ no ſcilicet Dñi. 1 5 2 0.vſq; ad annū. 1 5 3 8.incluſiue. Secūda colū/ nula dies menſiū cōtinet.Alijs duabus cōtiguis ſub titulo cōiunctio nis horę, atq; horarū minuta exprimūtur à meridie trāſactę diei pręs poſitę quibus cōiunctio eadē, vel fuit, vel modo futura ſit dies ſemp ęquales pſupponēdo,veluti ſupputatio poſtulat aſtronomica. Sub/ ſequenti colūnula diebus tantū menſibus Martio, & Aprili initiatis paſchales inſunt quartędecimæ.Quib⁹ horę,ac horarū minuta op/ poſitionū mediarū ſubnectūtur, vt per quartādecimā quālibet, quæ per aureū numerū anni currētis deſignať, oppoſitio quælibet oſtēda/ tur cū horis,atq; minutis à meridie tranſactis diei illius aſtronomico more aſſumpti, cuius ęregione ſiniſtrorſum dierū numerū offertur. His cycli ſexdecim decēnouenales per annos.304.Chriſti dñi expan/ ſos addūtur,quib⁹ iuxta annorū ſeriem,dñicalis litera,nec nō aureus numerus antea ſiniſtrorſum,poſtea dextrorſum ęquatio quælibet cū horis,atq; minutis,vel ēt diebus,vbi opus fuerit,cū ſuo titulo adde, vel minue,ſuis quęq; proprijs locis deſcripta notātur,Dñicali litera, atq; aureo nūero à primo Ianuarij die per totū annū,cui pręponun/ tur,inſeruiētibus æquatione vero à primo Martij anni cuiuſlibet ad primū menſis,eiuſdē ſubſequētis anni diē ſeruiente, pręterquā in pri mis duobus cycli cuiuſlibet mēſibus Ianuario, ſcilicet ac Februario, quib⁹ ꝓpria ſeparatim aſcribitur ęquatio,ita biſſextili varietate,atq; re iſta ex propoſito requirēte,vnde in primis cycli cuiuſlibet,mēſibus Ianuario,ſcilicet ac Februario proprias ſingulis adaptauimus ęqua/ tiones, in reliquis ſubſequētibus annis, Martius menſis (nō longe à chriſticolarū pluriū aſſuetudine) ſubſequentiū annorꝫ initiū prębet, atq; ęquationū normam vſq; ad ſubſequētis anni, primā Martij diē duraturā exhibet. Demū vernale ęquinoctiū cum ſuo,ac mēſis Mar tij titulo in tabula ſubſequitur,quod iiſdē menſis,diebus,horiſq;, ac minutis,poſt meridiē proprioq; annorū numero concurrere ſignifica tur,per introitū ſolis,ſcilicet in Arietē,quot dierū horarū,ac minuto rum,nūeri ſubnectunť,quotq;(ēdirecto ęquationis)annorū numeri xpi Domini pręponūtur, qui etiā biſſextili nota per B literā iuxta vſi tatā annorū ſeriem deſignātur, reliquis pro cōmunibus cōputandis. Tabulæ igitur huiuſce talem exhibebimus vſum. In primis nanq; prioris decennouenalis cycli reuolutionis annis. 1 9.hoc eſt ab anno

Domini. 1 5 20. vſq; ad annũ eiuſdem. 1 5 3 8. incluſiue nullam quę-res temporis æquationẽ in coniunctionibus, vel oppoſitionibus me-diis luminariũ, quia per aureum numerum anni currentis in primo tabulæ margine menſis cuiuſlibet propoſiti certum dierũ, horarum, ac minutorum tempus poſt meridianũ, ſcilicet ad vrbem Romæ (vt ſupra expreſſum) deprehendes. In reliquis vero decẽnouenalibus cy-clis poſt annum. 1 5 3 8. excluſiue per proprias ęquationes ęquatum tempus coniunctionum, vel oppoſitionum quorũlibet hoc pacto ve habere, anno primo, ſecundi decẽnouenalis cycli, videlicet anno Dñi 1 5 3 9. in primis Ianuario, ac Februario menſibus horas. 7. mi. 2 8. ęquationis minue ab horis, & minutis cõiunctionis vtriuſq; menſis tabulę aſcriptis, vnitate ſcilicet currẽte aurei numeri, æquationẽ aliã ſubſequentẽ, videlicet hoſ. 1 6. m̃. 3 2. à Martio anni eiuſdem. 1 5 3 9. vſq; ad ſubſequentis anni menſem Martij (excluſiue tamẽ) adhibe Ia-nuariũ, ac Februariũ anni romani. 1 5 40. natiuitatis vſualiter cõpu-tati Incarnationis anno priori. 1. 5 39. more veneto, vel aliorũ etiam aſcribendo, per additionẽ nanq; æquationis eiuſdem coniunctiones quaſq; ſub vnitate aurei numeri anni illius. 1 5 3 9. nec nõ Ianuarij, ac Februarij ſubſequẽtiũ menſiũ adęquatas habebis aureo, tamẽ nu-mero à cal. Ianuarij inchoante accepto, in ſubſequentibus reuolutio-nis annis cycli eiuſdẽ nec minus in cyclis aliis poſterioribus ęquatio-nis normã hanc adhibe, anni ſcilicet cuiuſlibet exordiũ tanquã incar-nationis annos à Martio inchoãdo, prętereq̃ in anni primi menſibus reuolutionis cuiuſlibet Ianuario. ſ. ac Februario, q natiuitatis anno-rum numerũ vſualiũ in hoc, non ſecus ac in aurei numeri cõputatio-nem obſeruãt, hic nãq; (vt alias ſemp) ab anni romani initio hoc eſt à cal. Ianuarij inuariabiliter exorditur. Habita igitur anni cuiuſuis ęquatione p̃dicta, hãc iuxta tituli exigentiã Adde, vel Minue, (velut proxime notatũ inuenies) ab horis, atq; minutis, vel etiã coniunctio-nis diebus, vbi dies in ęquatione adſint, vt cõiunctionis horã quãli-bet aſtrologico calculo coęquatã elicias, in anno quouis cyclorũ ſex-decim decẽnouenaliũ, hoc eſt per annos. 3 04. tab. nr̃ę inferius inſer-tos, vnica hac ęquationis forma, cũ aureo nũero currentis anni, atq; annorũ numero cuſtoditis. Exẽplo facili⁹ quã verbo ſingulaediſces, anno dñi. 1 5 20. per aureũ numerũ anni ipſius, quę fuit vnitas coniũ-ctionẽ inuenio Ianuario mẽſe factã ẽregione aurei numeri p̃dicti die. 1 9. hoſ. 1 3. m̃. 5 0. poſt vrbis meridiẽ, verũ ãno futuro. 1 5 3 9. mẽſe eodẽ cõiunctionis horã repetitur⁹, in cyclorũ. 1 6. reuolutione. 2ª. ſub nũero annorũ p̃dictorũ. 1 539. ẽdirecto Ianuarij mẽſis ꝓpoſiti vnitatẽ

in aureo numero, atq; ęquationẽ reperio hor̃.7.m̃.28. Minuendam,
quã ab horis prędictis, & minutis cõiunctiõis primę, videlicet à die/
bus.19.hor̃.13.m̃.50.demo. Et remanẽt hor̃.6.m̃.22. Sicq; cõiun
ctionẽ anni prędicti.1539. in Ianuario mẽſe modo prędicto educo
die.19.hor̃.6.mi.22. Nec minus pari ferè exẽplo coniunctionem
aliam anno prędicto in Martio menſe libet indagare, quare cũ aureo
numero anni illius, quę vt ſupra, vnitas ręperitur. Martiũ calendarij
noſtri ingredior, cuius èdirecto dies.18.hor̃.15.mi.18. offendo. ve/
rum quia modo æquationẽ aliam cũ annorum numero prædictorũ
in tabula èregione menſis Martij, videlicet hor̃.16.mi.32. addendã
inuenio, ideo horis prędictis.15.m̃.18. ęquationẽ hanc addo, vide
licet horis horas, & minutis minuta, factumq; eſt, vt cõiunctio eadẽ,
quã quęrebam in Martio menſe anno.1539. futura die.19.hor̃.7.
m̃.50. reperiatur quę alias eodẽ currente aureo numero vnitate ſcili/
cet anno pręterito.1520. facta fuerat die.18.hor̃.15.m̃.18. Nec
diſſimiliter anno ſubſequẽti.1540. iuxta vſuales natiuitatis annos,
cõiunctionẽ aliã in Ianuario mẽſe placeat ꝑſcrutari. Cũ aureo igitur
nũero binario annis.1540. cycli ſecũdi ſiniſtrorſum prępoſito, Ianua
riũ ingredior, vbi èdirecto aurei numeri propoſiti dies.7.hor̃.22.m̃.
38.inuenio. Æquationẽ itidem anni prędicti ſupius admonitus in/
quiro. Verũ enim q̃a ambos anni mẽſes Ianuariũ, ſcilicet ac Februa
riũ per incarnationis modo annos, nõ aũt natiuitatis cõputãdos ac/
cepi, (ni modo in primo reuolutionis anno reperiãtur) Ideo prioris
anni.1539. ęquationẽ capio, videlicet hor̃.16.m̃.32.add. Quorũ
horis prioribus.22.m̃.38. additione facta, mediã luminariũ coniun
ctionẽ die.8.hor̃.15.m̃.10. Ianuario menſe futurã experior. In op/
poſitionibus luminariũ haud diſſimilẽ quoq; operationis normã ac/
cipe, adhibito etiã calculari exemplo. Oppoſitionẽ nanq; mediã poſt
vernale Martij ęquinoctiũ paſchalẽ ſcilicet anni.1656. libeat inda/
gare, tali igitur annorũ numero in ęquationũ tabula rep̃to, cui qua/
tuor pro aureo numero ꝓponuntur, ęquationẽ diei.1.hor̃.4.m̃.16.
minuendã inuenio. Vnde cũ aureo numero, eodem ad Martiũ me cõ
fero, quẽ numerũ in columnula oppoſitionũ luminariũ, vel quartæ/
decimę lunę inuenio èregione diei.31. Martij cũ hor̃.0.m̃.50. ex qui
bus ęquationẽ prędictã ſubtraho, videlicet diem.1.hor̃.4.m̃.16. ex
quo dies reſiduo.29.hor̃.20.m̃.34. oppoſitionẽ ſcilicet mediã lumi
narium paſchalẽ in Martio menſe, quæ quoniã Dominica die ante
meridiẽ, atq; ideo.14ª. luna ſabbato p̃cedenti ob E dominicalẽ literã
anni illius occurret F litera ob intercalarem diem omiſſa, ideo iuxta

Foroſem/

Foroſemptonienſis epiſcopi ſententiã atq; tabulam calendarij noſtri
die ipſa paſcha nobis erit celebrandũ, licet iuxta aliorum ſententiam
Dñica potius ſubſequenti, qua de re plura inferius diſſeremus. Vbi
animaduertendũ extat Dñicalem literam annis quibuſlibet cyclorũ.
16. pro paſchę celebratione opportunã pari modo, quo aureus nu/
merus inſcribit, eregione anni cuiuſlibet prępoſitã intuendam prio/
ri tamẽ litera ſiniſtrorſum poſita biſſextili ãno negotio huic inhabili
prætermiſſa. Nec minus pro oppoſitionibus medijs annorũ, ac mẽ
ſium aliorũ quorumcunq; haud difficiliori modo explicandũ extat.
Quod eſt, vt diebus, horis, ac minutis medię cuiuſlibet cõiũctionis,
vel primi annorũ cycli, vt iacẽt ſimpliciter acceptis, vel ſubſequentiũ
annorum cyclorum. 16. modo quo ſupra adęquatis, dies addas. 14.
hor. 18. mi. 22. Poſt enim dies, horas, ac minuta totidem à coniun/
ctione qualibet numerãdo, mediã colliges luminariũ oppoſitionem,
nulla prorſus adhibita cautiuncula alia, niſi pro quartadecima pa/
ſchali, ijs quæ proxime ſubſequuntur, diligenter examinatis.

¶ Caput quintumdecimum diuerſas differit ſententias in paſchæ
celebratione plenilunio Dominica die incidente, quas in vnum,
quantum licuit, adducit.

PEr quartędecimæ lunæ terminum (cui quintadecima
ſuccedit hoc eſt primus azimorũ dies iuxta legem vete
rem) ex ſuperioribus cõpertum eſt orthodoxorũ pluri/
morum dictis pleniluniũ, hoc eſt amborum luminariũ
oppoſitionẽ vel quaſi ſignificari, quæ poſt dies totidẽ.
14. atq; hor. 18. m̃. 22. à coniunctionis hora computãdos efficitur,
iuxta ſcilicet mediũ, ac ęqualem luminariũ motum, vt prædiximus,
licet alij aliter lunares dies ipſos cõnumerent, vt ſupra cap. 4. cõme/
morauimus. Vnde ad tollendas multorũ controuerſias, vt inter Cy/
rillum, ac Innocentiũ Pont. Max. atq; alias ſuperinde ſæpius exortas
quũ maxime hebręorum lunarium menſium ratio, quã iugiter obſer
uarunt, in noſtratiũ annorum, ac menſiũ romanorum conuerſione
inhabilis penitus habeatur, ob merã, ac ſimplicem ſolariũ annorum
obſeruationem. Ideo neoterici doctorum plurimi hac in re perſpica/
ciſſimi, per oppoſitionẽ menſis primi mathematice ſupputandã quę
quartędecimæ cõtinuatur, paſcha noſtrum indagandũ haud irratio
nabiliter diffinıere, quãdoquidem quintadecima hoc eſt dies primus
azimorum poſt quartędecimę occaſum ad veſperã, ſcilicet luna orbe

pleno conſpecta, hebręorũ ritu ſancitur atq; eccleſiæ inſtitutionibus Dñica ſubſequenti apud nos paſchalis ſolemnitas initiatur. Verũ/ tamen ſuper hoc dubitatio adhuc iſta peronſ. An ſcilicet ante oppo/ ſitionis terminũ paſcha noſtrũ rite poſſit celebrari, quod eſt dñica die ab eiuſdem media præcedenti nocte ad ſubſequentis mediũ plenilu/ nio, hoc eſt oppoſitionis hora contingenti. An per dies ſeptẽ ad Do/ minicã ſequentẽ transferri debeat, quẽadmodum Ioãnes Iuſtingen/ ſis mathematicus excellẽtiſſimus, diuerſimode ſenſit ab Epiſcopo Fo roſempronienſi (hi & enim ambo in paſchali celebritate eruditiſſime cõſcripſere.) Vnde inquit, oppoſitio, quę cadit in ſabbatũ poſt me/ ridiem, ante tamen noctis mediũ, hoc eſt ante incœptionem Dñicæ diei, vera eſt nuntia paſchæ celebrandi proxima ſequenti dominica. Si vero oppoſitio inciderit poſt noctis mediũ, hoc eſt in dominicum diem, eo q̧ nõ pręcedit hanc dominicã, in qua cadit, conſequens eſt paſcha prorogandũ vſq; in aliam dñicam ſequentẽ. Foroſempronien ſis vero aliter ſentiens ait: Nos ergo in ſupputatione lunę paſchalis, diem oppoſitionis luminariũ vocabimus quintãdecimam, quæ ſi in die Dominico inciderit, eodem die paſcha celebrandũ annotabimus iuxta canonem à ſanctis patribus in Nycęna ſynodo inſtitutũ, quo paſcha celebrari pręcipitur à quartadecima luna vſq; ad vigeſimam/ primã, hoc eſt die Dñico poſt quartãdecimam lunam. Et poſt pauca ſubdit. Et quoniã Romana eccleſia dies naturales à media nocte vſq; ad mediam noctem cõputat. Nos in hac paſchalis ſolẽnitatis ſuppu tatione eandem rationẽ obſeruabimus. Et oppoſitionẽ luminarium, quam quintãdecimam vocamus illi diei, infra cuius lĩmites hoc mo do acceptos eam fieri cõtingerit, deputabimus. Diuerſitas iſta (ſi mo do prædictorũ doctorum ſcripta cũ eorundem paſchæ annotatione animaduerteris) paſcha noſtrum per dies ſæpius ſeptem diuerſificari faciet, ni aliter ſuperinde terminetur. Quẽadmodum de anno. 1556 capite. 14. cõmemorauimus, vel etiã huic ſimilibus. 1537. 1551. 1554. 1558. 1561. 1578. 1581. 1585. & alijs plurimis futu/ ris concernemus, vt taceam dierũ aliquando. 28. paſchalem ob rem hãc diuerſitatẽ maxime anni ſuperiꝰ deducti. 1533. ex quo, quã Fo/ roſempronienſis epiſcopus decimã Martij diẽ pro quintadecima lu/ na accepiſſe, atq; ideo (ęquinoctio cum oppoſitione media die, atq; hora eadem forte cõcurrenti) ſubſequentem lunationem in primum paſchalem menſem elegiſſe videtur, hac Iuſtingenſis decima ſcilicet Martij die quartamdecimam lunã fuiſſe inſinuans, ſubſequenti Do/ minica die, hoc eſt. 16. Martij ob oppoſitionem veram poſt ęquino

ctium ipſum contingentem iuxta Tubingæ Meridiem paſcha tunc minime celebrandum annuere dubitauit. Cum nanq; æquinoctium quintadecima luna cadens, primum nuſquam poſſit conſtituere paſchalem mẽſem, ideo quartędecimæ terminum vſq; ad oppoſitionis horã die ipſa (vt alias ſemper) accepiſſe videtur, ex quo æquinoctio parum antea oppoſitionis horam coincidente, hanc, quam prędiximus, menſis primi paſchalem ipſam lunationem inſinuauit. Verũ In primis ab ipſo Iuſtingenſi quærendũ eſt, An à media præcedenti nocte diei ſabbati, vt puta per horam, aut duas, vel plures vſq; ad meridiem plenilunio contingenti dies eadem ſaturni pro. 13. vel. 14. aut. 15. luna accipiatur. Vnde tertiamdecimã minime gentium arbitror vocitandam diem ipſam, vbi quartędecimę lunę, vel quintędecimę expoſitione quis agnouerit. Sin vero eodem modo acceptam diẽ hanc quartamdecimã diei maluerit, nõ minus ab ipſius Iuſtingẽſis dictis diſſentiet, vbi propoſitione. 35. ita inquit. Nullæ orbis nationes latina Gręca, vel Barbara aſſerunt lunam quartãdecimam ſignificare pleniluniũ, aut oppoſitionem luminarium, ſed quintamdecimam accipiũt pro plenilunio, aut oppoſitione. Alienũ ergo, ac diſſonum eſſet iuxta eius dictum quartamdecimam lunam nuncupare diem aliquem oppoſitione contingenti, maxime in prima ipſius diei quarta, vel etiã in ſecunda ad meridiem ſcilicet vſq;, pręſertim quum prius ſcriptum reliquerit, oppoſitio quę cadit in ſabbatum poſt meridiem ante tamen noctis medium, vera eſt nũtia paſchæ celebrandi, per hoc inuenies, oppoſitione ante meridiem cadenti, diem ipſam quartamdecimam minime, quin imo quintamdecimam dici debere. Quod ſi oppoſitionem acceperimus poſt meridiem diei ipſius ſabbati vſq; ad noctis medium incidentem, tunc iuxta ipſius, Iuſtingenſis, noſtramq; vtique (vt infra) ſententiam diem hanc ſabbati quartamdecimam recte dicere poterimus, in cuius ſcilicet vltima diei parte plenilunium cadet, vnde ſubſequitur inquiens. Sed ꝙ priſci patres nonnunquam vocant lunam, paſchalem quartãdecimam, accipiendum eſt de quartadecima luna completa, inchoata tamen quintadecima. Quę iuxta hebraicam conſuetudinẽ, (vt prædiximus) ab occaſu ſolis incipit, vnde ſubſequentis diei ſumunt exordium. Ex prędictis igitur infertur diem ſabbati propoſitam ſaltem primo modo acceptam, hoc eſt oppoſitione à media præcedenti nocte ad meridiẽ vſque incidenti, ex quo tertiamdecimam, vel quartamdecimam lunam iuxta eiuſdem Iuſtingẽſis ſcripta minime dicere poterimus, hãc tandẽ quintamdecimã prorſus aſſerere licere. Ex quo ſimili quoq; in

ſerius argumẽto oppoſitionẽ mediam luminariũ quæ Dominica die à media precedẽti nocte ad meridiem vſq; inciderit quintãdecimam conſtituere lunã vnde tranſacto proxime æquinoctio, tali Dñica die cũ Paulo epiſcopo Foroſempronienſi paſcha ſacrũ minime abhorre/bimus celebrandũ, non obſtantibus Iuſtingenſis in contrariũ deductis. Ego tamen Foroſemproniẽſi in parte iſta tantũ aſſentior, cum pro parte alia cõtra eundem quis ita poſſit arguere. In immolatione Agni paſchalis, quę. 14ª. luna ad veſperam fieri pręcipitur, luna ſoli oppoſita in Ariete exiſtenti, in altero autũnalis ęquinoctij puncto hoc eſt in libra currẽs intimatur, oppoſitione autẽ, media pręſertim, à meridie, ad mediã ſubſequentem noctẽ incidenti, (quã quintãdecimam Foroſempronienſis maluit appellare) nulli dubiũ multotiens, imo ſępius accideret in quartadecima luna ad veſperã, minime lunã ſoli oppoſitã eodem momento, quo ſol occidit, ipſam pleno ſuo orbis circulo exoriri, quod Cyrilli, atq; Theophili Alexandrinorũ Antiſtitum, vel etiã Anatolij ab antiquiſſimis hebræorũ accepta ſentẽtia ſonat. Quare dñica die plenilunio in vltima, atq; extrema diei parte vſq; ad noctis mediũ coincidẽti, paſcha rite celebrandũ minime aſſeremus, quin potius in ſubſequentem dñicam diem iuxta Theophili ſententiã prorogandum, quũ vt ſupra dies illa quartædecimę tribuatur, qua veſpere pleniluniũ conficitur, vel proxime conſequitur. Primum non ſolum per pręfatos Alexandrinos pręſules, quibus pręcipue paſchalis ſolemnitatis omnis antiquitus fuerat cura demãdata, ſed etiã per Anatolij epiſcopi ſentẽtiam, clarius tamen per Ioſephi cap. 3. adductũ teſtimonium cõprobatur, qui de quartadecima hoc tantũ innuit dicẽs, quartadecima luna ſoli oppoſita in Ariete, quod de quintadecima exponi nõ poteſt, (ſcienti Anatolij ſuperius dictũ) quũ primum idem ioſephus de quartadecima loquatur, in fine tantum de quintadecima ſubdẽs. Quintadecima ſuccedit feſtiuitas azimorum, ſecundum ex hoc patet. Oppoſitione nanq; poſt dñicę meridiem, ante medium ſubſequẽtis noctis cõtingente, à veſpera pręcedentis diei ſabbati, (quã quartamdecimã Foroſempronieſis ipſe pręſupponit) hoc eſt ab occaſu ſolis ad oppoſitionẽ ĩtercipi poterũt horę triginta ferè, ex quo luna per gradus ferè decẽ et ſeptẽ à diametrali ſolis radiatione eò tũc diſtare poterit iuxta eorundẽ mediam luminarium oppoſitionẽ, vera ac inęquali modo pręteremiſſa, ex qua per gradus. 24. ab eadẽ ſolari radiatione elõgari poterit. Vnde neq; luna in libra, neq; in aſpectu ſolis oppoſito, vel interdiametralis applicationis terminos reperietur. Quod fuit ꝓbandũ. Nec minus cõtra eiuſ/

dem Foroſempronienſis epiſcopi dictũ argumentũ hoc aliud deduci poteſt. Stante nanq; ipſius poſitione, oppoſitionis ſcilicet ſiue plenilunij diem pro quintadecima ſemper accipi debere, & ſic Dominica die etiã poſt meridiẽ plenilunio cõcidenti vſq; ad mediũ ſcilicet ſubſequentis noctis. Alterũ dico ex duobus profiteri conabimur, aut ſcilicet ęquinoctio poſt quartãdecimam completã, quintadecima ſcilicet luna incidenti lunationẽ hanc ipſam primũ conſtituere menſem contra doctorum omniũ, ſententiam orthodoxorũ, vt ſuperius innotuit, aut lunationẽ, ſiue luminariũ congreſſum æquinoctio propinquiorẽ nõ ſemper pro primo paſchali menſe accipiendã, verum alteram ſæpius longinquiorẽ contra Foroſempronienſis ipſius, ac Paulibur gẽſis dictum in Apoſtillis Matthei. 26. Aliter oppoſitiones diem pro quartadecima luna multoties accipi debere nõ negabimus, prę ſertim plenilunio poſt meridiẽ contingenti. Quod ex hoc facile elici poteſt. Fiat dñica die aliqua præſuppoſita poſt meridiẽ luminarium media oppoſitio, quã ęquinoctium die ipſa ante meridiem per horas aliquas præceſſerit citra ſcilicet noctis mediũ. Aut inquã die eadem paſcha noſtrũ erit celebrandũ, aut in ſubſequentẽ lunationem tranſferẽdum, vel ſaltem ad octauam ipſius in ſubſequentẽ ſcilicet Dominicam prorogandũ. Quod ſi die ipſa paſcha noſtrũ faciemus. 15. luna iuxta Foroſempronienſis dictũ nũcupanda, taliter ęquinoctio, vt ſupra, contingenti, tunc ęquinoctiũ poſt quartãdecimam completã, videlicet q̃ntadecima luna cadens menſem primũ lunarem hũc, atq; paſcha noſtrum die ipſa ęquinoctij cõſtituet. Quod priſci noſtri patres orthodoxi maxime euitarunt, in paſchę celebratione ęquinoctij tranſcenſum ſtatuẽtes, quod quartãdecimam lunã poſtergare, vel ſaltem die ipſa cõcurrere ſignificatur, vt ſubſequenti dñica die à quintadecima luna ad vigeſimãprimam tantum paſcha noſtrũ celebretur. Quod ſi ſubſequentẽ lunationem potius pro paſchali ſolẽnitate, nõ hãc idoneã cenſebimus dicta de cauſa, ęquinoctio ſcilicet quintadecima cõtingenti, tũc dico ꝙ lunatio, cuius primatio ꝓpior eſt ęquinoctio, nõ in primũ eligetur paſchalẽ mẽſem verũ longinquior, quæ ſubſequitur, quũ vicinior illa ſit, cuius minor eſt ab ipſo elõgatio dierum. 14. hor. 18. m̃. 22. quod æquę mediũ eſt interſtitij inter lunationes duas, quodq; pleniluniũ deſignat, quod ſi præceſſerit oppoſitio ęquinoctiũ, ſubſequens luminariũ coniunctio æquinoctio vicinior ęſtimabitur, & ẽconuerſo æquinoctio lunationis mediũ præcedente hoc eſt pleniluniũ, vel oppoſitionẽ (vt in caſu propoſito) lunationis eiuſdem primatio abſq; dubio ęquinoctio vicinior cẽſebitur,

cuius paſchale myſteriũ,in ſubſequentem lunationem transferentes,
ordinem hunc ſubuertemus. Quod ſi hoc minus fieri cõſentiemus,
ad octauam potius paſcha transferri eligentes, aut luna vigeſimaſe-
cunda feſtum iſtud celebrabitur contra oẽs eccleſiaſticas ſanctiones,
aut oppoſitionis diem Dñicam propoſitam,pro quartadecima nun-
cupabimus. Quod nõ minus de die quauis plenilunio maxime poſt
meridiẽ incidẽti aſſerere audebimus. Hęc vel ſimilia cõtra prędicto
rum ſententias facile adduci poterũt, quę dilucidationis magis cau-
ſa propoſui, quàm ꝙ prędictorũ doctorũ dictis in aliquo malim de-
rogare,quũ maxime non meũ ſit alienę meſſi falcem imponere.Qua
re pontificis Max.auctoritati,vel vniuerſalis eccleſię decreto diffiniẽ-
dum,ac terminandũ reuerenter expono,verũtamen ſi modo mei eſſet
muneris negotio huic conſultum, exigui licet,partem exhibere,arbi
trio boniviri fungẽs,nõ temere forſitan controuerſiá hanc hoc pacto
intercidere͂. Quod eſt diei vnius differẽtiam per mediũ ſcindere, atꝙ
horas duodecim Iuſtingẽſis quartędecimę termino vltra noctis me
diũ diei ſabbati ſubnectere vſq.ſ.ad diei Dñicę meridiẽ. Quas toti-
dem à Foroſemproniẽſis limite Dñica die oppoſitione occurrenti ſur
riperẽ. Atq; eiuſdem oppoſitionis terminũ non vltra dominicę meri-
diem ſtatuendum diffinirem, qua antea incidenti eadem Dominica
paſcha prorſus celebrandũ arbitrarer,poſtea vero eiuſdem meridiem
plenilunio concurrenti,ad ſubſequentẽ dominicam oĩno prorogan-
dum ſtatuerem, pręſuppoſito ſemꝑ ęquinoctij tranſcenſu ante dñicę
ipſius incœptionẽ hoc eſt ante præcedẽtis noctis medium. Nos igi-
tur decimãquartam primi menſis lunã in prędictorũ doctorum,quã-
tum licuit,concordantiã diem illã appellabimus (dũ tamen eccleſię,
vel põtificalis annuat auctoritas) cuius ſcilicet poſt meridiẽ vſq; ad
alium ſubſequentis diei meridiẽ (poſt ęquinoctij proxime tranſcen-
ſum) media cadit luminariũ oppoſitio,quẽadmodum tabulę calen-
darij noſtri per aureũ numerum currẽtis anni per annos decẽnouem
aſcribitur,atꝙ per reliquas decẽnouenalis cycli, reuolutiones tabulę
eidẽ inſcriptas quęlibet in futurũ (vt ſupra cap. 14.) adęquari pote-
rit. Hoc eſt vel ſimile quod Beda ille venerabilis innuere videt, quũ
libro de temporibus cap. 43. de luna prima cõputãda, (ex qua facile
quartadecima elici poteſt) ita aſſerens eloquitur, ſi enim lunã paulo
ante veſperã accendi contigerit,mox ſole occidente primã computa-
ri,& eſſe neceſſe eſt,ſin aũt poſt occubitũ ſolis accendatur,etiã ſi. 23.
horas poſt occaſum ſolis accenſa ſuppleuerit,illã quam occidente ſo
le habuerit, vſq; ad aliũ eius occaſum retinere debet ætatem. Ex qui-

bus duo pſupponit, primū ſcilicet hebręorū, vel etiā aliorū morē, diē ſcilicet ab occaſu ſolis auſpicari. Alterū videlicet lunā die aliquo minime nouā dici debere ipſa in parte aliqua diei ipſius adhuc veteri exiſtenti, nec propterea primā, niſi poſt ipſius coitū cum ſole ſubſequēti die ſcilicet cōnumerari. His pſuppoſitis ętatē lunę cū diei ipſius exordio, quota ſcilicet ibidē inuenta fuerit, totā die ipſa cōputari libuit. Vt ſi videlicet occidēte ſole ipſius coitū pertranſierit, ob hoc lunam primā cū die ipſo inchoari, ſecus vigeſimānonam, vel trigeſimā perſeuerare maluit luna adhuc veteri in diei exordio exiſtenti, quū maxime natio quęlibet ętatē lunę nō ob illius coitum cū ſole, verū à diei inceptione cōnumeret, quēadmodū romani à media nocte, hebręi magis ab occaſu auſpicantur. Quos hic, vt in quartędecimę obſeruatione Bedę ipſi ſectari placuit. Nec obſtat (vt aliqui redarguūt) ipſa interlunij die iuxta Bedę prędictā ſententiā trigeſimā, vel vigeſimānonam lunā dici, cuius diei partē noua obtinuit luna. Quia pari quoq; ratione neq; ſecundū illos in ipſa nouilunij die nunq̄ luna prima diceret, cōiunctione maxime, in vltima diei parte poſt meridiē ſcilicet vel etiā antea cōtingēti, quū adhuc partē aliquā diei illi⁹, vel maiorē etiā luna vetus obtinuerit. Abſurdius aūt eidē Bedæ (vt alijs forſan) viſum fuit, lunā primā ipſa cōiunctionis die, qua à nocte media ad ſubſequētis mediū ſoli coniungitur accipere, quēadmodū apud latinos priſcos, vel Alexādrinos veteres (vt plurimū) obſeruatū aſſerit. Ex quo à media ſubſequenti nocte ſecundā cōputare neceſſum ſit, cū vix tamen ſępius horā vnā, vel momentū etiā luna ipſa poſt coitū cū ſole trāſierit, cuiuſmodi ſententiæ licet Iuſtingēſem, atq; Foroſempronięſem epm extitiſſe videamus, atq; alios, vt Theophilū, Cyrillū, ac Bedā aliter obſeruātes impugnaſſe. Hic tamē lunā primā, niſi cōiunctione p horas ſex, vel vltra ante meridiē contingēti die aliquo nūerauit, ſec⁹ poſtea incidēti neomeniā lunationis illi⁹ in ſubſequentē diē vſq; trāſtulit, quod per retrogradā computationē dierū. 14. hor. 18. atq; m̄. 22. ab oppoſitionis hora ad lunæ coitū cuilibet cōſtare poterit, quintędecimę terminū nō vltra quā ad mediū ſubſequētis noctis diei alicui⁹ oppoſitione luminariū contingēti, accipiēdo, qua poſtea incidēti qntādecimā in ſeqntē diē penes ipſum trāsferētes, nō min⁹ lunā primā in ſubſeqntē diē ꝓgare conabimur, quoties. ſ. lunæ coit⁹ citra horas. 6. antemeridianas fieri cōtigerit, quēadmodū ēt Iuſtingēſis oppoſitionis diē. 14 lunā inſinuādo (ni ſec⁹ paſcha citra. 16. luna 15. ſ. celebrari negarit) atq; ideo p diē feri⁹, q̄ Foroſemproniēſis eps ętatem lunę cōputando, nō ipſa coniunctionis die verū ſequenti, vel

tertia etiã ab hoc die cum Beda ipſo lunam primam computare non erubeſcat. Stante igitur hac Bedæ cõputatione in ætate lunæ perquirenda, qui nunq̃ die eadem qua luna ſoli cõiungitur verum ſubſequenti lunam primam appellat (quod nõ minus Cyrillus ex Theophili patrui ſententia ſuperius. 4. cap. adducta comprobauerat) hoc pacto quartãdecimam lunam, quam propoſuimus, calendario noſtro aſcriptam per aureum numerum currentis anni haud longe diſſimilem, immo cum Beda, Cyrillo, ac Theophilo eandem fere perſpicies, per quã ſubſequenter oppoſitionis horam diei illius, cui aſcribitur, poſt meridiem, ſcilicet proxime ſubſequẽtis, atq; deinceps dominica die paſcha noſtrum indicetur. Vnde primum accenſionis lunæ terminum iuxta Bedam aſſumẽtes, exempli gratia die ſabbati interlunio poſt ſolis occubitum contingenti, non die ipſa dominica, ſcilicet iam inchoata lunam primam computabimus. Verum ſubſequenti, hoc eſt die lunæ, feria ſecunda qua de re dominico die ſecundo ſubſequenti quartamdecimã iuxta prædicta futuram comperies. Quod non minus exemplari calculo hoc pacto (ſi libuerit) experiere. Præſuppoſito nanq; (vt æque ſæpe eſt) æquinoctij tempore, lunationem menſis primi, nec longius q̃ per dies. 15. ab ipſo æquinoctij die inchoari. Idcirco ſi modo coniunctionis horæ in Februario, vel Martio pauciores ſex calendario nouo per aureum numerum currentis anni aſcribentur, ſubſequenti die lunam primã oſtendent, ſin plures, in tertium vſq; diem ab aureo numero ipſo computando primationem illam transferendam edocebũt. Ex quo coniunctionis horis, vtputa ſex, atq; minutis. 30. die ſabbati, vt ſupra, poſt meridiem contingentis, ſi dies. 14. horaſq;. 18. adiunxeris, tum primum feria ſecũda lunam primam, atq; dominica dies ſecunda, ſcilicet ab hoc die, quartamdecimam per oppoſitionis horam poſt meridiem diei illius concurrentis elicies. Quod ſi die ipſa ſabbati, ſcilicet coniunctionis horæ pauciores ſex fuerint, atq; ideo occaſum ſolis ipſam accenſionẽ lunæ (vt puta per horam mediam, vel minus etiã præueniſſe putabimus, die tunc proxime ſubſequenti, hoc eſt dominica die lunam primam, exinde ſabbati die quartãdecimã computabimus, oppoſitione media luminarium per hor. 23. cum dimidia poſt meridiem diei ipſius contingenti. Quod per additionem dierum. 14. prædictorum, atq; horarum. 18. coniunctionis horis adhibitam haud ſecus q̃ per dierum numerũ efficies, omiſſis tamẽ minutijs duobus & viginti in oppoſitionis horis, quas in computatione iſta prætermittendas duximus, licet alias in oppoſitionibus medijs luminariũ ſuperiori capite, atq;

te,atq; in tabula Calendarij noui expreſſe obſeruauerimus, dies. 14. hor. 18 .mi.22.coniunctionis horis pro exquiſita oppoſitionis hora eliciēda addentes.His nanq; ibidem vt ſup̄,omiſſis.Ex hoc diuerſitas vel nulla,vel minima ſaltem peroritur in præmiſſa lunationis primæ paſchalis,vel quartędecimę Bedę ipſius,ac noſtra lunari dierū cōputatione, quæ ex occubitu ſolis per arcū ſemidiurnū in næomenia lunationis primę per dies qndecim ferè antea,ſiue poſtea ab ipſo ęquinoctij puncto concurrentis ſiue etiā per minutorū prædictorum. 22. omiſſionē contingere poſſit, dē quibus non multū penes eccleſiā curandum ducimus, vt maxime decimaquarta luna,atq; oppoſitionis ipſius dies,vel hora per aureū numerum currētis anni, (put vſq; modo ab eccleſia obſeruatū fuit)cū paſchali reſurrectionis die ex calēdarij noſtri forma pulchrius,atq; enucleatius oſtēderetur.Nā etiā quoquo modo iuxta diuerſas doctorū ſententias luna prima cōputetur, ceu nō minus in diei inceptione iuxta diuerſas mūdi nationes fieri contingit,ſatis tamen comprobatū, atq; exploratū eſt per quartędecimæ terminū plenilunium nō longe futurū,vel tunc tēporis concurrentem ſignificari. Quod autē Alexandrini veteres,atq; antiqui patres quartędecimę lunæ cuiuſlibet paſchales terminos per dies totidem quatuordecim ab interlunij die incluſiue cōnumerando acceperint,vt ſic ferè ſemper quartędecimę terminus oppoſitionē quālibet 15 .vel etiā. 16.luna cōcurrentem præueniret. Id fuiſſe arbitrari poteſt,quia non ſolū pro vna decēnouenalis cycli reuolutione,videlicet pro annis tantū decemnouē aureos numeros nouiluniorū dies denotantes calendario affixerint, ſed etiā pro futuris alijs temporibus, vt ſic ipſis extantibus per prędictā aurei numeri,atq; paſchaliū terminorum poſitionē,ita diutius duraturā, ſubſequentibus annis plurimis conſulere poſſent,quibus nouilunia per horas,ac diem ſæpius anticipant,etiam dato paucorū cyclorū interſtitio, tum ſcilicet ob biſſextilem annorū varietatem,tum ex ſolariū annorum ad lunares exuperātiam quā ipſis præſentē ſolaris anni quantitatē cuſtodientibus, quā C.Iulius Cęſar ab eiſdem ęgyptijs edoctus romanis inſtituit, ſicuti neq; mathematicā, vel hebraicam lunationū quantitatem Alexādrinos ipſos latuiſſe abſurdū eēt nobis, vel ipſis indignū arbitrari,quod Theophilus,atq; Cyrillus itidem Alexādrini pręſules per annos ferè centū, vel minus poſtea animaduertentes cōiunctionis ſcilicet diem aureū numerū per diē ſæpius tunc tēporis etiam poſtergare, lunā primam nō die illa,qua ſoli cōiungitur,verum ſubſequenti, nec quartā decimam lunā,niſi oppoſitionis diem vocauere. Hebręos quoq; rei

huiuſce, vel myſterij eiuſdem primarios, atq; antiquiores inſtituto-res, ne dicam noſtri temporis pertinaces obſeruatores, illud idem (vt ſæpius) cuſtodiſſe videmus, quoties ſcilicet lunæ coitus per momentum etiam poſt meridiẽ fieri contigerit, primationem lunationis illius in ſubſequentem diem transferentes, qui etiam ex iudiciali ipſorum legis peritorum ante Chriſti Domini aduentum à ſecunda ſcilicet templi inſtauratione citra diſpenſationem eiſdem exhibita ex Gamalielis Chriſti Dñi diſcipuli (occulti licet) dictis, atq; Beati Pauli apoſtoli præceptoris, vel etiam aliorum doctorum plurium ex noſtratibus etiam affirmatione, (vt ſuperius adduximus) neomeniam ſępius pluribus de cauſis ab ipſo nouilunij die in tertiũ ab hoc die cõmutant, ex quo quartadecima ſępius, quàm quintadecima luna, vel vltra etiam plenilunium eiſdem fieri contingat. Quod per propriam tabellam Paraſceues iudęorũ, ſiue quartadecima obſeruationẽ tempore Chriſti Domini degentis, & vltra etiam per annos. 60. inferius extremo capite exponendam intuenti conſtare poterit. Nec minus Victorinus Aquitanicus Arithmeticus, atq; paſchalis cycli egregius ſupputator in canone iam abolito, quem de paſchali ſolemnitate latinis priſcis deſcripſit, per quartędecimę terminum plenilunium ſignificauit, cum dixerit. Sin autem die ſabbati pleniluniũ eſſe contigerit, & ſequẽti Dominica lunam quintamdecimam reperiri, eadem Dominica tranſmiſſa, in alterum dominicum diem iuxta priſcorum latinorum canonem paſcha transferri diffinimus. Nos igitur in prędictorum doctorum, vel priſcorum aliquorum atq; iuniorum noſtri temporis concordantiam, Theophili, ac Cyrilli dictis, nec nõ Bedæ ſententiæ in cõputatione ætatis lunæ, quam prædiximus, adhærentes (ſaluo ſemper ſuper hoc potiori iudicio, vel maiorum auctoritate) quartamdecimã (vt prędiximus) lunationis diem appellabimus oppoſitione media luminarium die ipſa poſt meridiem vſq; ad ſubſequentis diei meridiem contingenti, per quam inconuenientia multa tolluntur, vel argumẽta ſuperius deducta refelluntur: nunq̃ & enim. 14. terminus aſpectum ſolis, ac lunæ oppoſitum effugiet, neq; quintadecima ab eodem penitus ſeparabitur. Hac ſtante cum Paulo Epiſcopo Foroſempronienſi, annis iſtis. 1551. 1558. 1578. 1585. vel alijs Dominica die oppoſitione ante meridiem, incidenti die ipſa paſcha noſtrum celebrandum aſſeremus, minime annis prędictis vel his ſimilibus cũ Ioanne Iuſtingenſi per hebdomadam hoc eſt ad ſubſequentem Dominicam transferentes. Quod ſi die tali dominico ſcilicet oppoſitionem poſt meridiem fieri contigerit, veluti annis Do-

mini proxime futuris. 1537.1554.1561.1581. vel alijs ſimili/bus neutiquã die ipſa paſcha celebrabimus, verum cum Iuſtingenſi ad octauam ipſius diem prorogandũ cenſebimus ob diei ipſius quar/tędecimæ inhabilitatẽ. Quantũ vero ad æquinoctij contingentiã dominica die, ante ſcilicet mediam luminariũ oppoſitionem, pauca hęc ſubiungemus. Aut enim alterum eorũ æquinoctium ſcilicet an/te meridiem, atq; oppoſitio poſtea eũdem coincidet. Aut ambo poſt meridiem diei ipſius dominicę ſcilicet cõcurrent, vel ambo ante meri diem poſt mediam pręcedentẽ noctem fieri contingerit (vnde domi/nicæ initiũ plurimi aſſumunt) vel antea etiam noctis mediũ hoc eſt ante dominicę diei inceptionẽ de quo nulla eſt dubitatio ſubſequẽ/ti dominica, paſcha prorſus celebrandũ, hoc eſt dominica die eadem qua oppoſitio noctem mediam ſabbato quantumcunq;, vel die alia pręcedentis hebdomadæ pręceſſerit. Quod ſi primo modo æquino/ctium meridiẽ anteibit, oppoſitio econuerſo eundem diei dominicæ meridiem poſtergabit, procul dubio (vt prędiximus) in ſubſequentẽ dominicam paſcha noſtrũ prorogandum cenſemus. Quod non mi/nus de ſecundo modo dictũ puta, videlicet ambobus ęquinoctio ſci licet ac plenilunio meridiem poſtergãtibus. De tertio dicimus ſuper hoc tantũ dubium aliquod extare, Quod licet Foroſempronięſis ta/liter dominica die. xj. ſcilicet Martij ante meridiem æquinoctio, atq; oppoſitione cõcurrentibus, anno. 1571. proxime futuro lunationẽ hanc pro menſe primo haud habilem cenſuerit, in Aprilem paſchale feſtum ſtatuendo, queadmodum etiã alia feria ambobus ęquinoctio ſcilicet ac plenilunio die martis. 10. Martij anno. 1590. poſt meridiẽ cõcurrentibus quintamdecimã ſupponendo, quam nos quartãdeci/mam maluimus appellari, in lunationẽ alteram paſcha noſtrũ diſtu/lit, atq; alias tamen ęquinoctio taliter ante meridiem. 15. luna con/currenti lunationẽ ipſam æquinoctio proximiorem, nõ alteram ſub/ſequentem in primũ paſchalem menſem eligit, feſtum hoc in Martio menſe ſtatuendo, maxime annis his, vel ſimilibus, videlicet. 1552. 1609. 1666. Nos autem ne lunationẽ cuius initium æquinoctio propius adhæſerit, cuiuſue media luminarium oppoſitio illud idem proxime ſubſequitur, contra ſcribentiũ omnium rei huiuſce doctri/nam reprobare videamur, neue propoſita die (velut anno præmiſſo. 1571.) æquinoctio ęque plenilunium, atq; meridiem pręuenienti, quintamdecimã lunam antedictis rationibus aſſerẽtes, atq; ipſo eo/dem die paſchale feſtum ſtatuentes, paſcha æquinoctij die indecẽter celebremus, neue idipſum etiã quintadecima luna cadens primũ pa/

ſchalem menſem conſtituere fateamur, ad octauã magis dominicæ diei proxime ſubſequētis ſedulo transferēdum arbitramur, tum quia de lunatione paſchali per ęquinoctiū plenilunium hoc pręcedēs certiores nos, vel cautos magis reddere potuimus, quàm de. 14. vel. 15. luna, die ipſa modo prædicto plenilunio contingenti, de qua plures, ac diuerſas adduximus ſententias, de menſe autē primo paſchali vnicam tantum, quam prædiximus, pręter latinorum priſcorum, ac Victorini reprobatam ſententiam, tum etiam quia per. 14. noſtræ (ne dicam Bedę) poſitionem aſtronomice ſumptam, Dominica propoſita plenilunio, atq; ęquinoctio ante meridiem incidētibus, ęquinoctium etiã. 14. luna occurſum cōprobabimus, queadmodū & enim alij ab occaſu diem, alij ab ortu ſolis, atq; alij à media nocte, auſpicãtur, ſic nos à meridie ad meridiē. 14. vel. 15. accipiemus, vt quã aſtronomice exquiſiuimus, aſtronomice quoq; cōputare nō ambigamus, ſecus tamen feſtorū obſeruantiam iuxta eccleſiæ vſum cuſtodientes, velut etiã aliter mathematici dierū numerum cōputantes, non ſecus ac eccleſia feriã, numerum pręſupponūt, planetarum dñium ab hora prima diei cuiuſlibet, ſicuti etiã in nocte faciunt, aſſumētes, vnde aliter dierum numerū à meridie, aliter diei cuiuſlibet denominationem ab hora prima diei, vel noctis aſſumimus. Propterea in caſu propoſito quartamdecimã, quã à meridie deduximus, vſq; ad meridiē alium ſubſequentē protrahere haud quaꝗ abhorrebimꝰ, vt ſic æquinoctiū (vt ſupra) cōcurrens à quartadecima luna, vel paſcha ſubſequēti dominica in octauã ſcilicet cadēs à vigeſimæprimæ limite haud quaꝗ excluſum penitus fateamur, ex quo ſubſequēti dñica die hac potius, quã pręcedenti æquinoctio cōcurrenti, vel ſecūdo minus menſe altero paſcha noſtrū ſtatuemus. Licet aliter etiã penes Iuſtingēſis poſitionem in caſu pręmiſſo æquinoctiū. 14. occurſum, citra ſcilicet oppoſitionis terminum, ęque minus fateri vereamur, quouſq; ſcilicet vltimū, quartædecimæ terminū protraxiſſe videtur, atq; ideo ad octauã diei ipſius Dñicæ feſtū illud prorogandū, quãuis alias dominica die oppoſitione luminarū ante meridiem cōtingenti, die eadem paſcha celebrandum inſinuaremus, ni modo ęquinoctiū poſt dñicæ diei inceptionē, verum antea contigiſſet. Hæc dilucidationis magis cauſa prępoſuimus, quã ꝙ prędictorū doctorum dictis, in aliquo velim derogare, vtq; paſchalis ſolēnitatis, vel calēdarij noſtri dilucidiorem canonem ſequenti capite exhiberemus, in quo totius ferè rei huiuſce ſummam colligimus.

¶ Caput ſextūdecimum diuerſitatē reſcindit, quæ in paſcæ celebratione per quartædecimæ poſitionem in futurum contingere poſſet, exinde paſchalis celebritatis indagationem iuxta veteres eccleſiæ ſanctiones, atq; calendarij noui vſum exponit.

POſtq̄ ſuperiori capite quartādecimam lunam per mediam luminariū oppoſitionē poſt meridiem diei alicuius (quē nos quartādecimā vocamus) incidentem diſfiniuimus: hanc ex calendarij noſtri tabula reliquū eſt indagare, quę per aureū numerum currētis anni modo vſu habitū in propria columnula terminorū decimęquartę paſchalis ſub menſe alterutro Martio, vel Aprili paſchæ initiatis exquiritur, quæ tali attribuitur numero dierū, ac feriarū, qualē indicat dierū numerus menſis præpoſitus in ſecūda colūnula numeratim deſcriptus, qualemq; hebdomadæ diem dn̄icalis littera calendario ſubſequēter expoſita inſinuat. Quod ſi aureus numerus currentis anni, qui decimęquartæ terminū atq; luminariū oppoſitionē per horas, ac minuta deſignat, à feria tertia, hoc eſt à die Martis vſq; ad feriā ſextā, ideſt diem veneris incluſiue contigerit, de æquatione nō cures pro paſcha indagādo, quia eadē nō aliter, q̄ reperitur paſcha proprius indicabit q̄ ſi dn̄ica die, vel per diē. antea vel poſtea, hoc eſt die ſabbati uel lunę decimaquarta cōcurrerit, tunc ipſa eadē æquatione indiget, de qua infra (niſi fuerit annorū numerus reuolutiōis primæ, qui æquati minime exquirūt.) ob cuius additionē, vel ſubtractionē in diebus, horis, atq; minutis (vbi opus fuerit) non ſecus ac in cœlo, in calendario quoq; nō minus per diē ſæpius trāſferri pcipitur oppoſitio quęlibet luminariū diuerſorū cyclorū eodē currente aureo numero. Vnde propriā nequeūt oppoſitiones luminariū, vel eorūdē cōgreſſus eiuſdē aurei numeri calēdario ſedē obtinere, vt ſuperius cap. xij. ac inferius exēplo nō ab re fieri cōprobabimus. ob quorū mutationē decimaquarta quæq; luna, per tabulā calēdarij noſtri, vel aliorū quorūcunq;, die alīquo reperta, nō die eadē cōcurret qua prior vel poſterior diuerſorū cyclorū eodē tamē currēte aureo nūero verū per diē antea, vt à ſabbato in dn̄icam diem, vel ab eadē in feriā ſecundā, vel ecōtra ſæpius trāſferetur. Ex quo paſcha noſtrū per dies ſaltē ſeptē exorbitare cōtinget. vt aliā dierū quādoq;. 28. paſchalis celebritatis deuiationē ob æquinoctij, atq; oppoſitionis contingentiæ ꝓximitatē modo ꝑtermittam. Aequationē igit̄ hāc oppoſitioni cuilibet ꝓpriā vltra annos. 1538. perfectos eo pacto venabere quo cōiunctionibus medijs quālibet ſu-

periuſ capite. 14. cõmuniter adaptaueris. Hoc eſt, vt decimãquartã vel oppoſitionẽ paſchalem per aureũ numerum currẽtis anni in Martio, vel Aprili deſcriptam cũ dierum, horarum, ac minutorũ numero ex tabula calẽdarij noſtri accipias, dierũ numerum ẽregione ſiniſtrorſum in diebus menſium, cum horis, atq; minutis dextrorſum poſitis eo modo, quo deſcribuntur, ſeorſum notando. Quibus dierũ, vel horarum, ac minutorũ æquationis numerũ quem, vt ſupra cap. 14. exquiſieris, ſi Addendus fuerit titulus Addas, ſin minuendus minuas, neq; in hoc ad natiuitatis annos, vel incarnationis, vel ad Ianuariũ, aut Februarium menſes animaduertẽs opus eſt, velut in coniunctionibus medijs, ſed in primis tantũ quorumlibet cyclorũ annis æquationem Martio inſeruientem ſume, quę nõ minus Aprili pro paſchali quartadecima coęquanda, quã Martio exhibetur. In reliquis ęquationẽ, quam ẽdirecto annorum propoſitorũ inuenies, ẽregione aurei numeri currẽtis accipias, per cuius additionẽ, vel ſubtractionem certam, atq; ęquatã menſis illius luminariũ mediam oppoſitionem, nec non propoſiti anni menſis primi quartamdecimam exhibueris, quæ index erit paſchalis ſolemnitatis anni illius dñica proxime ſubſequẽti celebrandi iuxta, ſcilicet primęuę eccleſiæ ſanctiones, ac veterũ decreta patrum, nõ tamen penes pręſentẽ eccleſiæ vſum, ne dicam Romani calendarij, vel Dionyſiaci canonis collapſu temporis à veritate claudicantis abuſum. Pręticta autem ſingula adamuſſim exemplari calamo experiere. Aureo nanq; numero. 5. accepto, paſchalem oppoſitionẽ anni. 1524. in tabula calẽdarij noſtri in Martio eregione aurei numeri eiuſdem ſub titulo quartędecimę paſchalis, atq; oppoſitionis medię luminariũ die. 19. Martij cũ horis. 9. m̃. 38. poſt meridiẽ trãſactis diei ipſius repio. Hãc vel ſimilẽ anno Dñi futuro. 1543. libet explorare, eodẽ. ſ. aureo nũero concurrenti, cui quidẽ annorũ numero ſub decẽnouenali cyclo ſecundo, hor̃. 16. m̃. 32. ęquationis. ſ. Addẽdę correſpõdent, ex quorũ additione priorib⁹ horis, atq; minutis per eundem aureũ numerum calendario noſtro repertis, dies reſultant. 20. hor̃. 2. mi. 10. tempus ſcilicet oppoſitionis medię paſchalis anni prędicti. 1543. quę tamen priori annorũ numero. 1524. eodẽ currente aureo numero. 19. die fuerat menſis Martij, ex cuius quartędecimę variatione paſcha quoq; nõ minus variari pcipitur, maxime eadem currenti dñicali litera, cum ſimili aurei numeri nota, verbi gr̃a anno Chr̃i domini futuro. 1615. vnitate aurei nũeri, atq; A dñicali litera cõcurrentibus, p hor̃. 10. m̃. 40. ęquationis anni illius dieb⁹. 2. Aprilis hor̃. 9. m̃. 40. Addẽdas, quartãdecimam paſchalẽ anni illius,

coęquatā habeo dñica die. 2. Aprilis, ex quo quartadecima domini-
ca incidenti, cū Foroſempronieſi Paulo eṗo per dies ſeptem, videlicet
ad. 9. Aprilis diem, vbi altera itidem A litera inſcribitur, paſcha no-
ſtrum anno eodē prorogandū aſſentior. Quod ſi modo firmā, ac ſta-
bilem in calēdario ſedem vnitati eidē aurei numeri pro. 14ª. paſchali
ſecundo Aprilis die vſquequaq; aſſignemus, quotiens A lr̄a, atq; vni
tas in aureo numero anno aliquo concurrent, totiens ob quartādeci
mam lunā dominica die. 2. Aprilis contingentē, vbi A litera calenda
rio ſtabilit̄, ad ſubſequētem (dico) dñicam diem paſchale feſtū anno
ipſo trāſferetur. Quod tamē anno Dñi futuro. 1805. ſecūdo Aprilis
hoc eſt dñica die eadem A lr̄a, atq; vnitate in aureo numero concurrē
tibus cū Foroſemproniensi eṗo antedicto oīno celebrandū non dubi
to. Et hoc qa anno ipſo. 1805. primo Aprilis die ſabbati ſcilicet poſt
meridiem per hor̄. 17. m̄. 39. plenilunio cōcidenti, ſubſequēti dñica
die. 2. Aprilis. 15ª. luna ſtatuet̄, iuxta ſcilicet tabulā calendarij noſtri,
atq; oēm rectam aſtronomicā ſupputationē, quod per hor̄. 16. m̄. 1.
ęquationis anni illius minuēdę à diebus. 2. Aprilis hor̄. 9. m̄. 40. ca-
lendario inſcriptis ſub vnitate aurei numeri. 14. paſchalis ibidē aſcri
pti quiſq; facile experiri poterit. Pręmiſſa hac. 14. lunę varietate, atq;
eiuſdem exēplari ęquationis norma, qua oīs antedictę diſcrepantiæ
occaſio tollitur, ęquinoctiū ſubeſt paſchali ſolēnitati maxime oppor
tunū, cuiuſmodi indagationis curā cap. 5. atq;. 14. ſuperius enarratā
omittimus, cū maxime pro. 14. menſis primi calēdario annotatione
hoc tantū indigeamus. Ideo pro paſchalis diei indagatione nullum
huiuſce nobis opus eſſe videt̄, ſi modo oppoſitio q̄libet vel. 14. pa-
ſchalis, vt calēdario nr̄o inſcribit̄ per annos. 19. primi decēnouenalis
cycli, vel per reliquos ęquatione pręmiſſa diligenter obſeruetur, om-
nes nanq; paſchales termini quartędecimę lunę menſis primi tabulę
calēdarij noſtri aſcriptę, ſiue vt ſupra adęquādę ęquinoctij tranſcen-
ſum poſtergāt, neq; enim vllā tabulę nr̄ę oppoſitionē notauim⁹ quę
ſecūdo mēſe cōcurrat, quales. 14. 3. 11. 19. atq;. 8. aurei nūeri luna-
tiōes emboliſmicę, quę in Aprilē, atq; exindę in ſecundū immundo
rum mēſem vſq; modo paſcha noſtrū (vt plurimū) pperā tamē tran-
ſtulerūt, quod ſi modo à Foroſemproniensi limite aliqualiter diuerſi-
ficari videātur per anteriorationē. ſ. 14. lunę, ſiue aurei nūeri ad diem
qntū à loco, quē prius obtinuerāt, per eundē Foroſempronieſem calē
dario factā, id fuit cū propter diuerſam. 14. vel. 15. acceptionē ſupiori
capite cōmemoratā, tum quia ipſius, ac neotericoꝝ ferè oīum aſſenſu
(vt ſup̄ cōprobauimus) lunationes, atq; exinde aurei nūeri propriam

nequeũt calẽdario ſedẽ obtinere. Non abs re igitur. 1 4.aureũ nũerũ qui Pauli epı̄ prædicti tẽporibus ꝑpter eiuſdẽ tũc æquinoctio ꝑuen/tionẽ Aprili tantũ,nondũ Martio aſcribi meruit,modo ob diuerſam lunationis eiuſdẽ contingẽtiã(quia, ſcilicet ipſius pleniluniũ iã nũc æquinoctij locũ poſtergat)ideo ſub. 1 4.paſchalis limitibus quartũ decimũ hunc aureũ nũerũ Aprili pro primo tm̃ decẽnouenali cyclo, atque Martio ꝑ reliquis ſubſequẽtibus calẽdario noſtro notaſuimus. Quo aureo numero anno aliquo decurrẽte(citra modo proxime ela/pſum. 1 5 3 3.)in Martio menſe paſcha noſtrũ,neq; in Aprili,ſecun/do,ſcilicet mẽſe celebrandũ arbitramur.& ꝑpterea aureũ nũerum ip/ſum. 1 4.ex paſchalibus terminis deinceps abolendũ cẽſemus. Quẽ/admodũ etiã Iuſtingẽſis in paſchæ annotatione cũ Foroſempronienſi epo anno futuro. 1 5 5 2.eodẽ currente aureo numero. 1 4.ſcilicet in Martio menſe, videlicet eiuſdẽ dominica die paſcha noſtrũ celebran dum ꝑpoſuere,iuxta ſcilicet veteres & antiquas eccleſiæ ſanctiones, æquinoctio tũc lunationẽ. 1 4.aurei numeri die Iouis.xj. Martij præ ueniente.Quod quia anno elapſo. 1 5 3 3.(vt prædiximus)æquino/ctium verã luminariũ oppoſitionẽ die. 1 0.Martij cadentẽ(licet mini me mediam)iuxta Tubingæ meridiẽ die ipſo præiuit. Ideo domini/ca proxime ſubſequẽti hoc eſt. 1 6.Martij anno ipſo. 1 5 3 3.inæqua lium, atq; verorũ motuũ ſectator Ioãnes Iuſtingẽſis ꝑdictus paſcha noſtrũ celebrãdum notauit. Nec minus anno domini futuro. 1 5 7 1. aureo nũero eodẽ. 1 4.atq; æquinoctio die ſabbati. 1 0.Martij hor. 1 1. m̃.3 9.poſt Tubingæ meridiem ante noctis mediũ cõtingenti,ac po/ſtea oppoſitione media poſt mediã noctem cõſecutura exinde ꝑpter dominicæ inceptionem more ſuo ad. 1 8.Martij diem feſtum iſtud diſtulit auctor ꝑdictus,minime in lunationẽ Aprilis,vel ſecundi men ſis ex cõiunctionis mediæ obſeruatione cõmutãs. Quod tñ ꝑp diuer/ſam meridianorũ habitudinẽ altero ꝑdictorũ annorũ videlicet. 1 5 5 3. q̃a ad almæ vrbis Romæ meridiem totius eccleſiæ capitis æquinoctiũ mediã minime præiuit luminarium oppoſitionẽ,quæ die lunæ. 1 0. Martij hor.7.m̃.8.2ª.9. atq; æquinoctiũ die eadẽ hor.7.mi.8.2ª.2 8. poſt meridiem æque fere conuenit.Atq; anno altero. 1 5 7 1.q̃a forte æquinoctium ſubſequentis noctis medium ad vrbis Romæ meridiem, ſcilicet dominica iã inchoata,poſtergauit,quã quintãdecimã maluit q̃ quartãdecimã appellari Foroſempronienſis epiſcopus(vt ſupiori ca pite præmiſimus)hic ideo in Aprilem annis his duobus paſcha nr̃m prorogãdum cenſuit.Maxime fortaſſis dicta de cauſa,q̃a annis iiſdẽ æquinoctium quartædecimæ terminũ Foroſempronienſi ipſi pertrãſire

videbatur,

videbatur, ipſo eodẽ vtrolibet plenilunij die, Dñica pręſertim anno pdicto. 1571. oppoſitionis horã pręueniẽte, quod nos tamẽ paſcha le feſtũ priori lunatione anno ipſo. 1571. decimo octauo Martij die cũ Iuſtingenſi capite ſuperiori, vt hic etiã, annuimus celebrandũ, in ſubſequentẽ Dñicam diem magis, quã in ſecundũ immundorũ men ſem transferẽtes. Nec minus anno alio futuro. 1590. ęque fieri debe re putamus, videlicet paſcha noſtrũ. 15. Martij die prorſus celebran dum, ęquinoctio oppoſitionis horã die Martis. 10. Martij per horas ſex, ferè pręueniẽti, atq; D dñicali lfa prędicto. 15. Martij die occur/ renti, quãuis Foroſempronieñſis eps fortaſſis dicta de cauſa in Aprilẽ cõmutarit, ęquinoctio ſcilicet atq; plenilunio die eadẽmet poſt meri/ diem cõcurrentibus, quã ipſe quintãdecimã, nos cũ Iuſtingenſi, Be/ da, atq; alijs quartãdecimam vocamus, cuiuſmodi tamen cõtingẽti/ tiã anno. 1552. neq; alijs (vt infra) haud quaq̃ curauit. Nec tamẽ ratio hęc, vel aliqua pdictarũ impediet, quãdo anno futuro. 1723. F dñicali litera, atq; ſabbato. 9. Martij die per hor. 9. m. 9. poſt meri/ diem, antea tamẽ ſubſequẽtis noctis mediũ, hoc eſt ante dñicę ince/ ptionẽ, ęquinoctio cõtingenti, poſtea vero meridiẽ ſubſequentis diei dñicę per hor. 4. m. 28. plenilunio incidenti, ſi nõ die ipſa, iuxta ipſi⁹ vſitatã obſeruationẽ, dñica ſaltem ſubſequenti. 17. eiuſdẽ Martij die paſcha rite celebretur, quod tamen Foroſempronienſis ipſe in Aprili celebrandũ ſtatuit, vnde ex hoc magnopere admirandũ eſt, quũ maxi me anno antedicto. 1552. ęquinoctio ante oppoſitionem die Iouis vno, atq; eodẽ die cõcurrenti (quod alias in annis prędictis duobus. 1571. atq;. 1590. magnopere euitauit) lunationẽ ipſam pro primo paſchali mẽſe, vt ſupra, habilẽ cenſuerit, quartũdecimũ aureũ nume/ rũ, hoc eſt lunationẽ aurei nũeri eiuſdẽ alias iuxta Dionyſiacos canõ nes emboliſmalẽ, ab Aprili in Martiũ transferendo, quod nõ minus ab anno inde. 1609. & vltra rite cuſtodiuit. Nos aũt Tabulę noſtræ quartũdecimum aureũ numerum ſub primo tãtum decẽnouenali cy clo pro paſchali termino Martio, atq; Aprili præſcripſimus, quẽ (vt ſupra) pro primo paſchali mẽſe ab anno. 1533. citra in Martio tan/ tum habilẽ cenſemus, quũ maxime eiuſdem lunatio ęquinoctio pro prius pręueniat, atq; ipſius oppoſitio illud idem proxime in futurum iugiter ſubſequatur. His pręmiſſis, ac diligẽter examinatis in ſuper/ inde ſcribentiũ, (quantũ licuit) concordantiã, ac dictorum noſtrorũ vel ſubſequẽtium expoſitionẽ, Epitomatis huiuſce noſtri vſum in le/ gentiũ omniũ claram, atq; apertã intelligentiam, atq; canonũ noſtro rum pro paſchali ſolẽnitate iuxta veteres oẽs eccleſiaſticas, atq; ſum/

morũ Pontificũ ſanctiones recapitulationẽ, vel epilogum repetemus cuiuſmodi paſchalis canonis talis, vt ſupra, irrefragabilis forma exhibetur, celebritatẽ ſcilicet Paſchæ die dñico à quartadecima luna, primi menſis vſq; ad vigeſimã primam eiuſdem ſolẽniter agi debere, hoc eſt dominico die poſt quartãdecimam lunam excluſiue, vſq; ad vigẽſimamprimã incluſiue, & nõ vltra, hoc eſt citra Victorini, atq; priſcorum latinorũ exprobatum canonẽ, ex quo Paſcha vſq; ad vigeſimam ſecundam lunã, perperam tamẽ, protrahere nõ dubitarunt. Quiquoniã paſchalis canon ex tribus terminis cõſtituitur, quartadecima ſcilicet luna menſis primi, ęquinoctio verno, atq; dñicali litera, ſiue Dominicę diei per eandẽ indagationẽ, hãc primo quartãdecimam in tabula calendarij noſtri proprius indagabimus, quę per aureũ numerũ anni currentis in colũnula terminorũ paſchalium in Martio, & Aprili mẽſibus reperitur, quęq; tali attribuitur numero dierũ, ac ſeptimanę, qualem indicat dierũ numerus mẽſis propoſitus è regione ſiniſtrorſum deſcriptus, atq; dominicalis litera diei ipſi calẽdario pręnotata. Quòd ſi paſchalis oppoſitio anno quopiam prioris decemnouenalis cycli, hoc eſt ab anno. 1520. vſq; ad annũ. 1538. vel à die Martis vſq; ad diem veneris incluſiue in futurũ occurrerit, de ęquatione non cures, quia eadẽ qualis aſcribitur pro paſchali ſolẽnitate dñica proxime ſubſequenti celebranda cuſtoditur, ſecus ab anno. 1539. die ſabbati, Dñica, vel lunę occurrẽs, ęquatione, de qua modo ſup, adęquetur. Quę vel ſimpliciter, vt calendario iacet, vel (vt prędiximus) vbi opus fuerit, adęquata accipiatur, atq; dñica die poſt meridiem oppoſitio inciderit, ad ſubſequentem dñicam paſcha noſtrum prorogabimus, ſecus autẽ oppoſitione media luminariũ quoquo modo die aliquo occurrenti, ſubſequẽti proxime dñica die celebrabitur. Et hoc niſi forte dñica eadem ante meridiem poſt noctis tamẽ medium ęquinoctiũ, atq; oppoſitio media luminarium fieri cõtingat, quod tantũ in annis. 304. qbus calendariũ noſtrũ pdurat, ſemel anno Dñi. 1571. coincidere obſeruauimus, vnde pluribꝰ de cauſis anno illo cũ Juſtingenſi in ſubſequentẽ dominicum diem (ſaluo ſemp meliori iudicio) paſcha noſtrũ prorogandum cenſemus. In reliquis ęquinoctij obſeruatio in quartãdecimã quanq; demittitur, pro qua nobis omnis fuit rei huiuſce cura delegata pro quartędecimę cuiuſq; calendarij noſtri tabulę inſcriptione. Porro dominicalem literam paſchalis diei indicem reliquũ eſt calendario noſtro indagari, per quã dies proprius eidem quotannis aſſignetur. Hãc igitur annorum quorũcunq; tabulę noſtrę pręſcriptorũ propria colũnula aureo numero currentis anni

Cycli solaris

1	g	f
2		e
3		d
4		c
5	b	A
6		g
7		f
8		e
9	d	c
10		b
11		A
12		g
13	f	e
14		d
15		c
16		b
17	A	g
18		f
19		e
20		d
21	c	b
22		A
23		g
24		f
25	e	d
26		c
27		b
28		A

ꝓpoſitã dñicalem quanq; lfam ſeriatim expoſitã excipies biſſextili tamẽ anno extra ordinẽ poſita ꝑtermiſſa, tanquã negotio huic paſchali inhabili, atq; Ian. ac Februario mẽſibus tantũmodo opportuna, quod ſi his nõ minus, quã futuris longe tpibus, atq; pręteritis ab anno. ſ. incarnati verbi citra p ſolarẽ cyclũ labẽtis anni cuiuſq; expiri malueris, per hũc hoc pacto opabere, quẽ taliter ex annorũ numero Chri dñi currentiũ elicies, annorũ nanq; numero currentiũ nouẽ ſupaddas, productũq; p. 28. impartire, aut aliqd enim ex hoc reſiduũ fuerit, aut nihil remãſerit partitione facta, ſi nihil. 28. erit ſolaris cycl⁹ anni ꝓpoſiti, ſin aliquid id ſolaris cycli numerũ in quotiente oſtẽdet. Hic autem ſolarem, hoc eſt dñicalem literã annorum propoſitorũ numero inſeruientẽ iuxta prępoſitam tabellę formulam indicabit, ſimplicem quidẽ anno cõmuni, geminam vero biſſextili, quarũ prior ideſt interior ſiniſtrorſum vſq; ad feſtum ſancti Matthię inſeruiet, exterior dextrorſum poſita vlterius per anni reliquum, nec non pro paſchali ſolemnitate vtilis cẽſebitur, priori tantũ pro negotio iſto prętermiſſa, quemadmodum etiam ſuperius faciendũ propoſuimus. Hæc pro Romani calendarij renouatione dicta ſufficiant, quę ſi pro paſchali ſolemnitate minime idonea, vel opportuna cenſeantur, pro coniunctionibus tamen medijs luminariũ, atq; oppoſitionibus per tabulam infraſcriptam calendario cuiq; annexam cum breuiori canonis norma, quã ſupra capite. 13. expoſuimus, melius quã per aureum numerũ ſiue per eiuſdem numeros, ſiue per Alphabeti literas calẽdario aſcriptum, vel per fallaces vulgi epactas, ſiue quã perhibent, ſalomonis vulgatam tabulam (vt ſpero) melius ſatiſfacient, quẽadmodum nõ minus cęlo oculis proprijs inſpicere, quàm per aſtronomicũ calculum in futurũ cuilibet experiri licuerit. Hoc tamẽ vnum, priuſquã operi huic (vt aiunt) corõnã, vel manum imponã minime mecũ duxi ſilentio prętereundum, quod (vt ſupra) repetitũ volumus. Hoc eſt neq; (rogo) tantũ inſolẽs, audaxq; ſit, qui cõtra Romanę eccleſię vſum, haud aliter, quã vſq; modo obſeruatũ fuit, paſcha ſanctũ obſeruare pręſumat, quoad paracleto inſpirante, Põtificis Maximi, vel vniuerſalis eccleſię nutu, iuxta veterũ omnium decreta patrum, atq; ſynodica inſtituta, (calendarij modo abuſu nõ obſtante) ita vel aliter ſancitum,

vel confirmatũ extiterit, quũ hęc nõ animo ſacroſanctę Romanę ec/
cleſię ritui in aliquo derogãdi, qn poti⁹ elucidationis, atq; icitationis
cauſa negotij huiuſce (audaciter forſitan) partes aſſumpſerim. In qui
bus, ſiquid pręter intentionẽ à veritate diſſonũ ꝑperã, vel diſtorte ex/
plicauimus, atq; enarrauimus, huius veniã peto, cunctaq; maiorũ iu
dicio elimanda, cenſenda, corrigenda, atq; vbi opportunũ fuerit, pe/
nitus abolẽda remitto, quibus modo finẽ imponerẽ, ni aliquid aliud
negotio huic minime alienũ explicandũ extaret, quod alias mihi (vt
alijs pluribus video) animũ plurimum ſępi⁹ anxit, cuiuſmodi deſide
rio motus hęc, vel alia ſciſcitandi, nedũ ſcribẽdi anſam mihi prębui.

¶ Caput decimũſeptimum, atq; vltimũ, Dñicę paſſionis diem nuꝑ
inueſtigatũ, exinde eiuſdem Dñi verũ reſurrectionis diẽ notificat.

IMpoſſibile admodũ fuit, & eſt dñicę paſſionis diem per
Dionyſiacos cyclos, ſiue per aureũ numerũ Alexãdrino/
rum decẽnouenalis cycli modo vſu habitũ repire, maxi
me iuxta doctorũ ferè oĩum latinorũ ſequelã Chr̃m do/
minũ octauo calẽ. Aprilis, hoc eſt. 25ª. Martij die, feria
ſexta, ideſt die veneris luna. 15ª. pro hũani generis ſalute crucis pati/
bulo affixũ aſſerentium, licet minime (quod tueri poſſit) rationabili/
ter cõprobantium, cũ maxime per Dionyſij, vel etiã aliorũ cõputum
pręḋicta hęc tria, diẽ ſcilicet. 8. cal. Aprilis, quintãdecimam lunã, ac
feriã ſextã minime anno aliquo cõuenire reperiamus, niſi xp̃i eiuſdem
Dñi labentibus annis. 12. atq;. 259. ex quo Beda libro tẽporũ Cap.
47. ꝑplexe inquit, ideo circulis Dionyſij aꝑtis, ſi anno paſſionis Dñi
paſcha dñicum. 6. cal. Aprilis, luna. 16. inuenies, Age deo gr̃as, quia
quod quęrebas, ſicut ipſe ꝑmiſit, te inuenire donauit, et poſt pauca
ſubdit, ſin vero annũ, qualẽ quęrebas in loco, quẽ putabas, inuenire
nõ poteris, vel chronographorũ incurię, vel tuę potius tarditati cul/
pam aſcribe, tantũ diligentiſſime caueas, ne ob chronicorum ſcripta
defendenda intemerabile legis, vel euangelij teſtimoniũ videaris im/
pugnare, dicendo Dñm ſaluatorem, vel. 15. vel. 16. Imperij Tiberij
Cęſaris anno, vel. 29. vel. 30. ętatis anno ſacroſanctũ crucis ſubijſſe
myſteriũ, accedit ad hęc tria pręḋicta aſſerta Chriſti ętas, qua in hu/
manis cõmuniter vixiſſe creditur annos circiter tringintatres, vel ſal/
tem trigintaduos, ac menſes tres. Hęc primũ hac nixus ſum rotula,
mortẽ ſcilicet Chr̃i cum die menſis propoſito feria ſexta concurrenti
experiri, quã nos ab anno primo incarnationis (quẽ chriſticolarũ plu

rimi vtroſq; cõfundentes natiuitatis annos appellãt) ad annum vſq;
Dñi.2436. cũ dñicali litera concurrenti nũero annexa protraximus,
quem plurimi negotio huic accõmodarunt, inter quos Vincẽtius in
ſpeculo hyſtoriali in Chri Dñi ętate cõputanda coutitur. Numerus
hic cõcurrens totius anni incrementũ ꝓhibetur ſuper hebdomadas.
52. per ſeptẽ ſcilicet totaliter diuiſi, ex quo per vnitatẽ anno quolibet
cõmuni, per binariũ aũt biſſextili per hebdomodas dierũ numerũ ex-
creſcit, vnde anno primo reuolutionis eiuſdẽ vnitas exhibetur, hinc
duo anno ſecũdo, &c. niſi anno iſto, vel alio, per biſſextũ (vt prędixi-
mus) binario augeat. Per hũc, atq; ꝓpriũ mẽſi cuilibet numerũ aſcri-
ptũ, nec minus per incarnationis diẽ, quã per Dñicalem literã primã
anni vel mẽſis cuiuſlibet feriã, quã cupis, dicto citius perſcrutabere.
Cũ annis nanq; Chro domino currẽtibus rotulã hanc, vel ꝓxime mi
noribus ingredere, illis pręciſe nõ extantibus. Conſimilis & enim pro
poſitorũ annorum nũerus in aliquo circulorũ quinq; rotulæ reptus,
tum primũ in diuiſionis illius interſtitio extremo ſcilicet rotulę ipſi⁹
margine cõceptionis diẽ, qua hæc fuit, vel futura ſit hebdomadę die
cõmonſtrabit, à qua incarnationis die annorũ Chri dñi, cõputatio-
nis exordiũ ſumpſit Dionyſius abbas Romanus, tum interius dñica
lem literã offendes, cui cõcurrens numerũ anni propoſiti ꝓximiori cy
clo annectit, inter ſcilicet dñicalis literę, ac primorũ Chri domini an
norũ, circuli vtriuſq; ꝑiferiã, qui cõcurrens ſeptenariũ numerũ vſquã
minime trãſcendit. Quòd ſi eundẽ annorũ tuorũ propoſitorũ nume-
rum pręciſum minime inuenies, tũc ab annis ꝓxime minoribus vbi-
libet reptis numerando incipies pro cuilibet rotulæ ſpaciolo vnitate
minori annorũ, numero prędicto adiungendo, vſquequo ad vltimũ
anni propoſiti numerũ prouehari s, vbi ibidem ꝓpoſitũ abſolues. Ha
bito igitur cõcurrenti numero, huic numerũ addas mẽſi cuilibet pro-
priũ medio. ſ. rotulę vnicuiq; aſcriptũ, horũ nanq; aggregatũ (abie-
cto ſeptenario numero, hũc quotiẽs excreuerit) feriã menſis cuiuſlbet
anni ꝓpoſiti à Martio ſemp inchoantis iuxta ſcilicet collectũ, vel reſi
duatũ numerũ exhibebit, haud aliter ſũpta radice ab incarnatiõis die
anni illius, illud idẽ pari ferè lege abſolues, tota nanq; feria menſis cu-
iuſlibet initio tribuatur, quota mẽſis ꝓpoſiti propri⁹ nũerus ab ipſo
incarnationis die anni ipſius cõnumerando terminatur, annũ vſque-
quaq; à Martio ab incarnatione. ſ. nõ ante à Ianuario, vel natiuitate
inchoando, exemplũ ab Aprili, vel Iunio ediſces qui quoniã vnitatẽ
aſcriptam habent, tali quoq; feria, qualẽ incarnationis dies anni illi-
us poſſidet auſpicantur, verũ quia Ianuarius tres, Februarius ſex ha-

bet,hic die ſexto,ille tertio ab incarnationis die precedentis incarnationis anni incluſiue inchoantur.



Quinq; deus belli numerat,ſed Aprilis ab vno Incipit,atq; trib⁹ Maius,ſex Iunius,vno Iulius à magno,qui ducit nomẽ Iulo, Quatuor Auguſtus,ſequitur qui nomine ſeptẽ, Sic erit & numero ſimilis duo

ꝑoſtulat octo, Quinq; Nouēber hēt, ſeptēq; Decēber habebit, Tres
ſignat Ianus, bis vult hinc Februus illos, ex his, incarnationis annos
ſiue natiuitatis mauis vſualiter appellare, tum primū feriam ſextam,
annis tantum. 35.40.atq;.46.octauo cal. Aprilis, hoc eſt. 25. Mar/
tij die cōuenire cōperui mutationem aliquā minime in annis roma/
nis vſualibus factā pręſupponendo, quēadmodum apud priſcos, vel
idoneos auctores nunquā facta legitur, niſi poſt annos Iulianos. 36.
elapſos, atq; ab Auguſto Imꝑatore emēdatos annis nouē ante anno
rum Chriſti cōmunem computū, ac tribus poſtea, vt ipſi nouē, pro
cōmunibus cōputatis, quarto exinde poſt Chriſtū dñm natū pro biſ/
ſextili, vt alij deinceps ſeriatim cuſtodito, tum etiā ex prædictis certā
annorum xp̄i dñi, ętatē computari, atq; notariorum errorem, vel inſi/
pientiā ab ipſo natiuitatis die annorꝫ numerū vſualibꝰ annis prępo/
nentiū agnouimus, per dies ſcilicet ſeptē à romano vſu, atq; per men
ſes tres, ab ipſo incarnationis die anticipātium, & ſic per annū antea
prius ſcilicet natum quā incarnatum Chr̄m dominum ꝓfitentium,
quū ècōuerſo vſuales incarnatiōis anni (ſiue ēt natiuitatis cōfunden
tes appellemus veros natiuitatis annos) hoc eſt ab ipſo, natalitij dñi
die cęptos cōputari, ꝑ vnitatē p̄cedere debeāt niſi tantū ab ipſo nati/
uitatis die ad incarnationē per mēſes tres, vel ad cal. vſq; Ian. per dies
ſeptē in numero cōueniant. Prędictorū exorbitantiā Reuerēdiſſimꝰ
Cardinalis Cameracēſis, Petrus de Aliaco Mathematicus, ac Theo/
logus inſignis libro cōcordantię Aſtrologię cū Theologia nō minꝰ
perbelle, quā aliorum doctiſſimorū virorum cœtus redarguit, quum
nanq; Dionyſius Abbas romanus anno grę circiter. 532. annorum
xp̄i domini ſupputationē ab ipſo incarnationis die, vel à calē. Martij
(vt aliq forſan pręſupponūt) ſumēdam ꝓrſus inſtituiſſet, quū antea
à cōſulatu, vel Imꝑatorū annorū Imꝑio numerarētur, hāc alij à calē.
Martij, alij romani maxime à cal. Ianuarij pręcedentis cōputationis
eiuſdē ſumpſere exordiū, ꝑ mēſes duos anni primarios Ianuariū. ſ. ac
Februariū, vt nūc incarnati annū primū anticipātes, ex quo factū eſt,
vt tam natiuitatis, q̄ incarnationis annꝰ ille primus cōfuſe tamē com
putaretur quo natꝰ, atq; incarnatus fuit xp̄s dñs, atq; ſecūdus, à calē.
Ianuarij ꝓxime ſubſequētibꝰ exordiret, nō obſtāte, ꝙ dies tantū ſeptē
ab ipſo natiuitatis die ꝑtrāſiſſent, qa à cal. Ian. pręcedētis anni primi
initiū aſſumpſerant, in vnitate tamē adhuc vſq; ad incarnati mēſem
ꝑſeuerantibꝰ, q à Martio inchoarāt, qđ ſi modo ab ipſo verę natiuita
tis die, nō à cal. Ian. ſubſequētis āni. 2^m. natiuitatis annū nūerabimꝰ,
vt notarij in eorundē publice ſcriptis obſeruāt, qui per dies ſeptē vel

menſes tres in annorum numeratione pręſeruatur, aut prius natum, quàm conceptũ Dominum profitebimur, ſtantibus, vt nũc, vſualibus annis, atq; Chriſtum dñm iuxta doctorũ ferè omnium latinorũ maxime ſequelã die veneris conceptum, nobis itidem aſſerentibus, aut nos incarnationis vſuales annos perfectos, atq; exactos, ipſi autẽ natiuitatis, quibus coutũtur notarij, currẽtes numerabũt, quod longe abſurdũ cunctis videbitur, quũ maxime cõtra chronographorũ, atq; ſcribentiũ omnium, vel etiam aſtrologorũ aſſuetudinem regum, pontificum, atq; Imperatorũ exacti, vel perfecti cõputaremus annos ipſos, qui tantũmodo currentes numerari aſſolent, aliter Chrm dominum, die Iouis cõceptũ C dñicali litera. 4. cõcurrenti numero, ac ſabbato die natũ profiteri conabimur. Quòd qa anno primo vbi in rotula nr̃a B litera. 5. cõcurrens numerus, atq; die veneris Incarnatio pręſcribitur, anno ipſo Chriſtũ dñm incarnatũ, atq; dñica die natũ cenſebimus, cui nouem ex ſolari cyclo, tres inditionis anni, biſſextilis annus ex ordine, atq; vnitas aurei numeri decẽnouenalis cycli pręceſſiſſe debuerat, veluti. 17. ex lunari cyclo priſcorũ latinorũ, vel etiã hebręorũ tunc tẽporis anteierant. Quę omnia ex Dionyſij, vel Vincentij in ſpeculo, vel aliorũ Chriſti fideliũ dictis cõmuni ferè ſentẽtia innoteſcunt. Hic prim⁹ incarnationis, vel natiuitatis annus in cõputatione annorũ Chriſti ſubſequẽtium annorũ vſualiũ ordinẽ diſponit q licet vt à cal. Ianuarij apud latinos maxime, ita ab alijs à cal. Martij auſpicentur, ęque tamẽ iuxta Dionyſij inſtitutionẽ incarnationis potius, quã natiuitatis diei merentur, quẽadmodum Alphõſus Caſtellę rex bonarũ artiũ eruditiſſim⁹, in aſtrologicis tabulis à calẽ. Ian. planetarũ motus, atq; annorũ radices aſſumẽdo incarnationis nõ natiuitatis titulũ erę Chri pręſcripſit. Ex pręmiſſis pſpicuũ extat, q ſiue ab ipſo Incarnationis die, (vt Dionyſius ipſe) ſiue à cal. Ianuarij, (vt modo facimus) annorũ Xp̃i cõputum vſualiter ſumamus, ab ijs mẽſes. 9. deduci opportet, qbus virginis vtero latuit, vel etiã mẽſes. 3. à natiuitate ad ipſum incarnationis diem intercepti demunt, quibus incarnationẽ (vt diximus) pũenimus, ſi modo à cal. Ianuarij tantũdem annorũ numerũ vſualiũ, non emergentiũ cõnumeremus, exẽpli gr̃a anno gr̃ę labente. 35. vſuali, ſi ab ipſo incarnationis die annorũ initiũ aſſumpſerimus, ipſo incarnationis die anni tantũ. 34. perfecti trãſierunt, vnde. 35. annus initiũ ſumpſit, à qbus mẽſes. 9. vt ſupra, educendo, ętas xp̃i Dñi remanebit, hoc eſt anni. 33. pfecti, & menſes tres, quòd ſi à cal. Ianuarij annũ currentẽ auſpicabimur, menſes itidem nouẽ deduci opportet, nec nõ mẽſes. 3. ferè, qbus incarnationis

diem

diem in annorum computo vſualiter præuenimus.Et ſic omnino an
ni.33.ac menſes tres ętatis domini remanebunt anno domini laben
te.35.octauo cal.Aprilis,ex quo ætatis anni ab octauo cal.Ianuarij
hoc eſt.à.25.Decemb.menſis die,nō a calendis Ianuarij nec aliun-
de cōputari debent. Labentibus itaq; annis.35.Chr̄i domini vſua
libus,ex quo anni tm̄ trigintaquattuor perfecti numerātur,à quibus
menſes nouem virginei fœtus demuntur,Anni ætatis domini rema-
nent trigintatres,cum menſibus tribus pfectis vſq; ad octauum cal.
Aprilis anni eiuſdem. Quòd ſi decimaquarta vel decimaqnta luna
tunc temporis die ipſa ſexta feria contingenti,occurriſſet,Anno eo-
dem Chriſtum dominū paſſum nobis forſan aſſerendum fuiſſet. Ve-
rum quia longe à prædictis ambobus terminis luna eadem prorſus
aberat,ſicuti etiā non minus annis antedictis.40.atq;.46.vt per in-
fraſcriptas luminarium coniunctiones,atq; lunares cyclos plane con
ſpici poterit, quū euangelicam doctrinam in hoc minime ſubterfu-
gere valeam⁹, Chriſtum dominum vel in die Paraſceues.14.ſcilicet
hebręorum luna iuxta gręcorum ſententiam vel.15.mauis latinorū
crucis ſanctū ſubijſſe myſteriū, ideo ſacros ſępius adiui, atq; cōſului
ęui noſtri Theologos,atq; ſacri verbi cōcionatores,qui diuerſas non
modo latinorum,verum etiā gręcorū ſentētias ſuper Chriſti domini
ętate,atq; dominicę paſſiōis die plurima cōmemorarunt. Inter quas
neq; Irenęi lugdunēſis epiſcopi aliorum dictis longe diſſonā ſubtice-
bimus ſententiā,dum libro,quem contra hebręos,ac valentini hęre
ſes conſcripſit,cap.30.Dominum refert nō fuiſſe paſſum anno trige
ſimo, aut trigeſimoprimo,ſed vltra quadrageſimū,nō lōge tamen à
qnquageſimo, cōfirmans hoc qppe teſtimonio diſcipulorum,qui cum
Ioanne Euangeliſta vixerant in Aſia, qui ſe prædicarent hæc audiſſe
non ſolum ab ipſo Ioāne,verum etiam ab alijs apoſtolis.Fuit vir iſte
eruditiſſimus anno Domini circiter.108.Qui puer audiuit Policar
pum in Aſia B.Ioannis Euāgeliſtę diſcipulum prędicantem,ex quo
magnam illius interpres è gręco in latinum,vt in hoc ſic & in alijs fi-
dem adhibuit,verum neq; hāc ego,neq; græcorum opinionem Chri
ſtum dominū, decimo cal.Aprilis paſſum, atq; octauo reſurrectum
aſſerentium haud quaquā Aſtrologico calculo, neq; Dionyſij cyclis,
vel aliorum cōprobare potui. Minime etiam comperui annum trige
ſimumtertium currentem annorum Chriſti domini vſualium domi-
nicę paſſioni congruentē,quemadmodum Ioannes de muris,ac Ro
gerius Bachon ſenſiſſe videtur, quibus etiā Alphonſus Toſtatus epi
ſcopus Abulenſis libro paradoxarū aſſenſiſſe videtur,aſſerens ſe aſtro

logicis demõſtrationibus,(ſi modo vita comes fuiſſet) Chriſtum do minũ anno trigeſimotertio, quũ eſſet annorum. 32. ac menſium trium,& vltra,tertio nonas Aprilis vita functum demõſtraturum. Hic tamen licet in anno ac menſis die cum prędictis conueniret,in ętatis tamen numero Chriſti domini diſcordauit,et hoc quia Rogerius bachon, nec non Ioannes prędicti Chriſtum dominum aſſerunt in humanis vixiſſe, annos tantum vnum,& triginta,ac dies cẽtum, vt per prędictam annorum Domini computationem ab anno eiuſdem incarnationis, ad tertium nonas Aprilis diem anni labentis anni. 33. nec minus per annos Auguſti, atq; Tiberij Cæſaris iuxta prædictorum computationem facile cumputari poterit. Quod quum Euangeliſtarum irrefragabili teſtimonio diſcordet, Chriſtum ſcilicet Dominum minus quàm annos trigintaduos vixiſſe, ideo diuerſorũ doctorum ſuperinde ſcripta rememorãs de Dominicæ paſſionis die vel eiuſdem ętatis anno conſcribentiũ,per infraſcriptas luminarium cõiunctiones, ſiue etiam quartaſdecimas lunas, vel etiam Aſtronomicum calculum mecum ſępius ruminabar,an ſcilicet alio ętatis anno Chriſti domini,vel die alio Aprilis, aut Martij romanorum mẽſium vſualiũ decimaquarta, vel decimaquinta luna, feria ſexta, hoc eſt die veneris incidente, ſacratiſſimus dies ille contingere potuiſſet, quas quoniam luminarium cõiunctiones ab hebręis primum, tum ab eccleſia iuxta medios dumtaxat planetarum motus vſquequaq; obſeruari percepi, ideo ad meridianum vrbis ſanctæ Hieruſalem coniunctiones haſce medias per annos. 60. à Chriſti domini incarnationẽ inchoando tabula inferius poſita explicaui,aureo numero decemnouenalis cycli, ſolari cyclo, atq; Dominicali litera, ſigillatim præpoſitis,nec non luna prima, atq; decimaquarta menſis primi iuxta Dionyſiacam obſeruationem ſedulo ſubſequentibus. Quòd ſi cõiunctiones iſtas iuxta canonem ſuperius cap.xj. expreſſum,atq; per tabulam Calendarij noſtri verificare volueris,memento vt hor. 1. mi. 57. ſupputationi tuæ Addas, quæ eſt differentia meridianorum vrbis Romæ atq; Hieruſalem.

Tabula coniunctionũ mediarũ primę quoq; ac.14ᵉ. lunę mẽſis primi paſchalis iuxta aurei numeri poſitionẽ Dionyſii abbatis: ſiue decemnouenalẽ cyclũ.

				Coniunctio				Luna prima			Luna.xiiij.		
Anni	Aũs	cycl9	litera	mẽſis	dies	horę	Mi.	mẽſis	dies	fiũs.	mẽſis	dies	fiũs
1	2	10	b	Mar.	12	23	28	Mar.	12	vij	Mar.	25	vj
2	3	11	A	Mar.	31	21	1	Mar.	31	vj	Apr.	13	v
3	4	12	g	Mar.	21	5	50	Mar.	20	iij	Apr.	2	ij
4	5	13	f e	Mar.	9	14	38	Mar.	9	i	Mar.	22	vij
5	6	14	d	Mar.	28	12	11	Mar.	28	vij	Apr.	10	vj
6	7	15	c	Mar.	17	20	59	Mar.	17	iiij	Mar.	30	iij
7	8	16	b	Apr.	5	18	32	Apr.	5	iij	Apr.	18	ij
8	9	17	A g	Mar.	25	3	21	Mar.	25	j	Apr.	7	vij
9	10	18	f	Mar.	14	12	9	Mar.	14	v	Mar.	27	iiij
10	11	19	e	Apr.	2	9	42	Apr.	2	iiij	Apr.	15	iij
11	12	20	d	Mar.	22	18	31	Mar.	22	j	Apr.	4	vij
12	13	21	c b	Mar.	11	3	19	Mar.	11	vj	Mar.	24	v
13	14	22	A	Mar.	30	0	52	Mar.	30	v	Apr.	12	iiij
14	15	23	g	Mar.	19	9	41	Mar.	19	ij	Apr.	1	j
15	16	24	f	Mar.	8	18	29	Mar.	8	vj	Mar.	21	v
16	17	25	e d	Mar.	26	16	2	Mar.	27	vj	Apr.	9	v
17	18	26	c	Mar.	16	0	50	Mar.	16	iij	Mar.	29	ij
18	19	27	b	Apr.	3	22	23	Apr.	4	ij	Apr.	17	j
19	1	28	A	Mar.	24	7	12	Mar.	23	v	Apr.	5	iiij
20	2	1	g f	Mar.	12	16	0	Mar.	12	iij	Mar.	25	ij
21	3	2	e	Mar.	31	13	33	Mar.	31	ij	Apr.	13	j
22	4	3	d	Mar.	20	22	22	Mar.	20	vj	Apr.	2	v
23	5	4	c	Mar.	10	7	10	Mar.	9	iij	Mar.	22	ij
24	6	5	b A	Mar.	28	4	43	Mar.	28	iij	Apr.	10	ij
25	7	6	g	Mar.	17	13	31	Mar.	17	vij	Mar.	30	vj
26	8	7	f	Apr.	5	11	4	Apr.	5	vj	Apr.	18	v
27	9	8	e	Mar.	25	19	53	Mar.	25	iij	Apr.	7	ij
28	10	9	d c	Mar.	14	4	41	Mar.	14	j	Mar.	27	vij
29	11	10	b	Apr.	2	2	14	Apr.	2	vij	Apr.	15	vj
30	12	11	A	Mar.	22	11	3	Mar.	22	iiij	Apr.	4	iij
Incarnati. xpi. D.	nũs Dionyſij ab.	Solaris	Dominicalis	Anni viſualis	menſis completi	poſt meridiem	Horarum	Paſcalis	menſis currentis	Feriarum	Paſcalis	menſis viſualis	Feriarum

Tabula coniunctionũ mediarũ primę quoq; ac.14ᵉ.lunę mẽsis primi pascha lis iuxta aurei numeri positionẽ Dionysii abbatis: siue decennouenalẽ cyclũ.

Anni	Aũs	Cycl.	litera	Coniunctio mẽse	dies	horę	M.	Luna prima mẽse	dies	nũs.	Luna xiiij. mẽse	dies	nũs
31	13	12	g	Mar.	11	19	51	Mar.	11	j	Mar.	24	vij
32	14	13	f e	Mar.	29	17	24	Mar.	30	j	Apr.	12	vij
33	15	14	d	Mar.	19	2	12	Mar.	19	v	Apr.	1	iiij
34	16	15	c	Mar.	8	11	1	Mar.	8	ij	Mar.	21	j
35	17	16	b	Mar.	27	8	34	Mar.	27	j	Apr.	9	vij
36	18	17	A g	Mar.	15	17	22	Mar.	16	vj	Mar.	29	v
37	19	18	f	Apr.	3	14	55	Apr.	4	v	Apr.	17	iiij
38	1	19	e	Mar.	23	23	44	Mar.	23	i	Apr.	5	vij
39	2	20	d	Mar.	13	8	32	Mar.	12	v	Mar.	25	iiij
40	3	21	c b	Mar.	31	6	5	Mar.	31	v	Apr.	13	iiij
41	4	22	A	Mar.	20	14	53	Mar.	20	ij	Apr.	2	j
42	5	23	g	Mar.	9	23	42	Mar.	9	vj	Mar.	22	v
43	6	24	f	Mar	28	21	15	Mar.	28	v	Apr.	10	iiij
44	7	25	e d	Mar.	17	6	3	Mar.	17	iij	Mar.	30	ij
45	8	26	c	Apr.	5	3	36	Apr.	5	ij	Apr.	18	j
46	9	27	b	Mar.	25	12	25	Mar.	25	vj	Apr.	7	v
47	10	28	A	Mar.	14	21	13	Mar.	14	iij	Mar.	27	ij
48	11	1	g f	Apr.	1	18	46	Apr.	2	iij	Apr.	15	ij
49	12	2	e	Mar.	22	3	35	Mar.	22	vij	Apr.	4	vj
50	13	3	d	Mar.	11	12	23	Mar.	11	iiij	Mar.	24	iij
51	14	4	c	Mar.	30	9	56	Mar.	30	iij	Apr.	12	ij
52	15	5	b A	Mar.	18	18	44	Mar.	19	j	Apr.	1	vij
53	16	6	g	Mar.	8	3	33	Mar.	8	v	Mar.	21	iiij
54	17	7	f	Mar.	27	1	6	Mar.	27	iiij	Apr.	9	iij
55	18	8	e	Mar.	16	9	54	Mar.	16	j	Mar.	29	vij
56	19	9	d c	Apr.	3	7	27	Apr.	4	j	Apr.	17	vij
57	1	10	b	Mar.	23	16	16	Mar.	23	iiij	Apr.	5	iij
58	2	11	A	Mar.	13	1	4	Mar.	12	j	Mar.	25	vij
59	3	12	g	Mar.	31	22	37	Mar.	31	vij	Apr.	13	vj
60	4	13	f e	Mar.	20	7	25	Mar.	20	v	Apr.	2	iiij
Incarnati. xpi. D.	nũs Dionysij ab.	Solaris	Dominicalis	Anni vsualis	mensis complet	post meridiem	horarum	Pascalis	mensis currẽtis	Feriarum	Pascalis	mensis vsualis	Feriarum

Verũ quũ per antedictas luminariũ cõiunctiões, ac quartaſdecimas eccleſiæ lunas nullã inuenirẽ dñicę paſſioni diẽ congruentẽ, quę magis propoſito nr̃o quadraret, quã vigeſimũſextum Martij diem anni 34. Chr̃i dñi currentis ob annorũ ętatis chriſti conuenientiã, vel trigeſimũ eiuſdem mẽſis diem anni. 36. quibus vtrolibet feria ſexta, nõ longe ab oppoſitione luminariũ vel. 15ª. luna cõuenerat, ad hos primũ animaduertẽs in altero ipſorũ quarto. ſ. ac trigeſimo anno longã nimis videbar temere forſitan aſſerere. 14ᶠ. protractionẽ à feria prima ad feriã quintã, eo maxime pridie ante meridiẽ plenilunio mane confecto, nec minus mihi perſuadere poterã, qũo vigeſimuſſextus Martij dies in vigeſimũquintum eiuſdẽ cõnumerari, vel cõmutari potuiſſet, vt cõmuniori latinorũ ſentẽtię in paſſionis die conuenirẽ, quũ nullã apud idoneos auctores poſt Chr̃m dñm natum in anno mutationẽ, vel biſſextilẽ variationẽ animo perpenderẽ. Neq; anno trigeſimoſexto ob longiorẽ dñicæ ętatis curſum, cuius trigeſimũqntum, & vltra inchoaſſet annũ, neq; ob diei trigeſimi Martij anni ipſius, quã putarã, inhabilitatẽ diei, vel anni illius pro dñica paſſione congruentiã ingenue aſſerere auderẽ, ob aliorũ maxime diſcrepantiã. Ea ꝑpter hebręorum obſeruationẽ adiui in primi ipſorꝫ paſchalis mẽſis indagatione, atq; lunariũ menſiũ, vel. 14ᶠ. cõputatione in qua plurimũ hallucinatus fuit Gullielmus durãthes, ab his igitur (ꝑplexe tamen tũ ob eorũ perfidiam, tũ ob ſolariũ annorũ ad lunariũ inconuenientiã) plurima, quę ſupius capite ſeptimo cõmemorauimus, edidici, demũ per Foroſemproniẽſis ep̃i aſſertionẽ, vel aliorũ enucleatius expoſita. Verũ ob iudęorũ dicta, etiã Gamalielis Chr̃i diſcipuli occulti teſtimonio cõprobata animo plurimũ anceps dubitaui Chr̃m dñm. 15ª. luna crucis patibulũ ꝓcuraſſe poſt. ſ. diei primi azimorũ inceptionẽ, poſt feriam qntã veſpere initiati quãdo ſcilicet cũ diſcipulis paſcha legaliter mãducauit, & ſic ſexta feria, ideſt die veneris paſſum, quia nunquã eorũ phaſe, hoc eſt dies primꝰ azimorũ, qui cũ. 15ª. luna ab occaſu ſolis p̃cedentis diei, vt p̃diximus inchoatur, nunq̃ feria ſecũda, quarta, vel ſexta, aut iiſdem feriarũ diebus ipſorũ primus paſchalis mẽſis Niſan die ſcilicet lunę Mercurij, vel veneris auſpicetur. Quod tamẽ partim ab Euangeliſtarũ aliquorũ preſertim irrefragabilibꝰ ſcriptis partim ab orthodoxorũ plurimorũ dictis diſſentire videtur, licet his plurimũ gręcorũ ſentẽtia aduerſetur, Chr̃m. D. 14ª. luna paſſum, ac pridie paſcha anticipaſſe aſſerentiũ. Ex quo ex Pauli burgiẽſis Additionibus olim à Iudaiſmo, ad chriſtianiſmũ cõuerſi ſup Matth. 26. Capite de gemina hebręorũ paſchę obſeruatione èdoctꝰ, Chr̃m Ieſum alterum legale, ac vetus paſcha cũ diſcipulis feria qnta ad veſperã ob-

ſeruaſſe percepi, Alterū iudiciale.ſ.ob feriæ ſextæ inhabilitatē in diē
ſabbati ꝓxime trāſmiſſum, à iudeis(vt nūc faciūt, à ſecūda.ſ.templi
inſtauratione citra)poſt paſſionis dn̄icę diē cuſtoditū fuiſſe poſt cu/
ius trāſcēſum veſpere.ſ.hoc eſt in die ſabbati incœptione pascha mā
ducarūt, ꝓpterea nō īgreſſi ſunt p̃toriū Pilati ethnici iuxta Euāgelicā
doctrinā, ne ob hoc in diei ipſa ante.ſ.paſchæ incœptionē cōtamina
rent, quod ab ipſis ī piaculū, nephasq; exiſtimabat. Quod nō minus
ꝑ Chryſoſtomi dictū, q̃ per Burgiēſis aſſertionē cōprobare poterim⁹,
quū maxime inq̄t Chr̄i cędē ſuā in paraſceue reſeruās, pridie paſcha
fecerat, quādo antiq̄tus fiebat paſcha. Sic igit Chr̄m.D. 1 5ª.luna, ac
feria ſexta iuxta veterē legis obſeruantiā paſſum, licet quartadecima
iuxta hebræorū diſpenſationē ab eorū legiſperitis impetratā, nec pa/
ſcha per diē anticipaſſe cū gręcis aſſeremus. Hoc beatus Ioānes euā/
geliſta per paraſceuē, hoc eſt iudeoꝝ paſchę p̃parationē, in die paſſio
nis de iudęis cōmemorās, prę cęteris expreſſit, quū ab alijs de Chr̄o
dn̄o loquētib⁹ iam paſcha cū diſcipulis legaliter confectū inſinuaret.
Hęc dū anxius, animoq; ꝑplexus mecū ſępi⁹ mēte reuoluerē, nec ta/
mē de quoto ętatis Chr̄i.D. Anno loq̄retur Burgiēſis ipſe animo cō
cernerē, errorēq; in annis Chr̄i iuxta vulgatā, atq; vſualē Dionyſij cō/
putationē ꝓrſus abhorreſcerē, quē alij per ānos ſex, alij vndecim, alij
duos & viginti,(vt ſic Chr̄m.Do.octauo cal.Aprilis ſexta feria, atq;
1 5ª.luna paſſum aſſererēt)Dionyſiū ipſum, nec ſatis tamē ꝓbabiliter
aberraſſe cōprobarent, quū tamen nō de die aliquo mēſis, romanorū
maxime, ſacri loquant canones Ioānes pręſertim Euāgeliſta, verū de
paraſceue tantū diei paſcæ, uel magni ipſius ſabbati feſtiuitate, ſiue
azimorū die ipſa cōtingenti: Ecce diuino ut reor, nutu, quod pluries
cōcupiuerā, vt.ſ.doctorū aliquē, qui ſuꝑ re iſta aſtrologico calculo cō
ſcripſerit, alloquerer, quēadmodū Burgēſis ep̃s, uel Alphōſus Abulē/
ſis ſeſe facturū pollicitus fuerat, ni modo īmatura mors p̃occurriſſet,
Expectāti, tāq̄ diuinū oraculū, allatū mihi fuit Foroſemproniēſis ep̃s
Pauli de Middelburgo nō diutius antea à ſe editū opus de Paſchæ re
cta celebratione, ac dn̄icæ paſſionis die. Quod mihi nō tantum ilico
viſum, nō ſecus atq; aurib⁹ ꝑceptū, animū,(fateor)ſedauit, verū etiā
Aſtrologicā ſupputationē, quā pluries cōprobaui, hebraicā, atq; cal/
daicā rationē apuit, vt per eorundē calēdariorū vſum quartędecimæ
lūę mēſis primi iuxta hebręoꝝ tūc tēporis obſeruationē in dn̄ica paſ
ſione, ſiue paraſceues diem, quā nos ſubſequētis diei p̃parationē, ſiue
vigiliā nūcupamus, cōprobando cōfirmaret, quā nos trigeſimo Mar
tij die feria ſexta anni. 3 6. Chr̄i Dn̄i vſualis occurriſſe aſſerere vereba
mur, cui quidē dies. 1 5ª. ſucceſſit feſtiuitas azimorū in ſubſequentē

ſabbati diē ob feriç ſextç ihabilitatē, atq; feſtorū cōtinuationē delatā quā xp̄s dn̄s, feria q̄nta, atq; .14ª. diei eiuſdē cōpletis, ad ueſperā cū diſcipulis paſcha māducās iuxta veteris legis, atq; moſaicā inſtitutionē minime de cōtinuatiōe feſtorū, de qua ſup̄ cap. vij. vel noua hebręorū inſtitutiōe curās, feria. vj. hoc ē die veneris, vltimū feſtorū veteris legis myſteriū terminauit. 17ª. luna dn̄ico die in cal. Aprilis, à mortuis reſurgēs. Hęc per infraſcriptā ꝓpriā q̄rtadecimarū lunationū hębręorum, vel ēt priſcorū latinorū obſeruātiā, quas per annos. 60. à primo incartiōis, vel natiuitatis āno ꝓpria tab. ꝑ lucidiori, atq; expeditiori ꝓdictorū examine ſigillatī diſtinximꝰ, luce clariꝰ innoteſcēt, vbi habita lunatiōe prima paſchalis, mēſis anni ꝓdicti. 36. cuiꝰ cōiunctio die Iouis. 15. Martij ꝑ hor. 17. m̄. 22. poſt miridiē ex tab. prima elicit̄, atq; die veneris. 16. eiuſdē iuxta veteris moſaicę legis inſtitutionē, vel etiā priſcorū latinorū, vel Dionyſij obſeruationē, luna pria, vel neomenia mēſis primi figebat̄, q̄d xp̄s. D. plenarie obſeruauit, iudęis tn̄ in ſubſequentē feriā, hoc eſt in diē ſabbati lunā primā, & cōſequēter in diē veneris paſſionis dn̄icę paraſceuē, ſiue quartādecimā lunā, atq; q̄ntādecimā, primū. ſ. azimorū diē in ſabbatū trāſferentibꝰ. Quod nō minꝰ in anno. 33. annorū xp̄i currentiū modo, atq; vſualiū factū aſſerere, ſi modo ętas xp̄i dn̄i cōſentiret, ex quo ętatis annū. 31. mēſes tres, atq; dies. 10. tantū ageret xp̄s dn̄s, tertio aprilis die āni eiuſdē. 33. currētis, vt ꝓdiximꝰ. Tabulę igit̄ huic nr̄ę ſubſequēti tū primū annorū nūerū vſualiū iuxta Dioniſiacā inſtitutionē, tum aureū numerū lūaris cycli priſcorū latinorū, atq; hebręorū vſq; modo ab eiſdē cuſtoditū, atq; primę ac quartędecimę lūę obſeruationē, cū feriarū nūo cōcurrentiū ex priſcorū latinorū calēdario excerptā appoſuimꝰ, cui quoq; luminariū oppoſitionē ſingulorū annorū ꝓpoſitorū. ſ. mēſis primi romanorū mēſibꝰ Martio, vel Aprili notatā, atq; ad meridiē ciuitatis ſanctę Hieruſalē examinatę caſtigatā quālibet ꝑpulchre ſubiūximus. Demū paraſceues diē, hoc eſt iudęorū paſchę ꝑparationē xp̄i dn̄i tēpeſtate à ſecūda. ſ. tēpli inſtauratione citra obſeruatā cū feriarū numero die eadē cōcurrentiū, ex Gamalielis tab. vel caldaica ſupputatiōe ꝑ Foroſempronieſem ep̄m Paulum excerptā, vt infra annectemꝰ, vbi animaduertendum eſt vulgares epactas ꝑ aureū numerū decēnouenalē eccleſię reptas minime ſufficerę ętati lunę iiſdē xp̄i dn̄i, vel primęuæ eccleſię tp̄ibus exq̄rēdę, ni modo priores veterū regulares accipiant̄ ſupius cap. 6. deſcripti ſicuti nec moderniores à Martio, vel Ian. ichoātes priſcis ipſis tp̄ibꝰ accōmodant̄, nulla tn̄ aſtrologica ſupputatiōe certior, aut tutior extat via quę horas, ac momēta q̄libet determinat parum, aut nihil ab hebraica Gamalielis, vel caldaica cōputatione diſcrepans.

Tabu. lunationū mēſis p̄mi iuxta latinoꝝ priſcoꝝ, atq; hebręoꝝ lunarē cyclū

		Luna prima			Luna. xiiij			Oppoſitio				Paraſceue		
Anni	Ciclꝰ	mēſis	dies.	nūs.	mēſis	dies.	nūs.	mēſis	dies.	hoꝛ.	mi.	mēſis	dies.	nūs.
1	18	Mar.	12	vij	Mar.	25	vj	Mar.	27	17	50	Mar.	28	ii
2	19	Mar.	31	vj	Apr.	13	v	Apr.	15	15	23	Apr.	15	vij
3	1	Mar.	20	iij	Apr.	2	ij	Apr.	5	0	12	Apr.	4	iiij
4	2	Mar.	9	i	Mar.	22	vij	Mar.	24	9	0	Mar.	24	ij
5	3	Mar.	28	vij	Apr.	10	vj	Apr.	12	6	33	Apr.	13	ij
6	4	Mar.	17	iiij	Mar.	30	iij	Apr.	1	15	22	Apr.	2	vj
7	5	Mar.	6	j	Mar	19	vij	Mar.	22	0	10	Mar.	21	ij
8	6	Mar.	25	j	Apr.	7	vij	Apr.	8	21	43	Apr.	9	ij
9	7	Mar.	14	v	Mar.	27	iiij	Mar.	29	6	31	Mar.	29	vj
10	8	Apr.	2	iiij	Apr.	15	iij	Apr.	17	4	4	Apr.	16	iiij
11	9	Mar.	22	j	Apr.	4	vij	Apr.	6	12	53	Apr.	6	ij
12	10	Mar.	11	vj	Mar.	24	v	Mar.	25	21	41	Mar.	25	vj
13	11	Mar.	30	v	Apr.	12	iiij	Apr.	13	19	14	Apr.	14	vj
14	12	Mar.	19	ij	Apr.	1	j	Apr.	3	4	3	Apr.	2	ij
15	13	Mar.	8	vj	Mar.	21	v	Mar.	23	12	51	Mar.	22	vj
16	14	Mar.	27	vj	Apr.	9	v	Apr.	10	10	24	Apr.	10	vj
17	15	Mar.	16	iij	Mar.	29	ij	Mar.	30	19	12	Mar.	31	iiij
18	16	Mar.	5	vij	Mar.	18	vj	Mar.	20	4	1	Mar.	19	vij
19	17	Mar.	23	v	Apr.	5	iiij	Apr.	8	1	34	Apr.	7	vj
20	18	Mar.	12	iij	Mar.	25	ij	Mar.	27	10	22	Mar.	27	iiij
21	19	Mar.	31	ij	Apr.	13	j	Apr.	15	7	55	Apr.	14	ij
22	1	Mar.	20	vj	Apr.	2	v	Apr.	4	16	44	Apr.	4	vij
23	2	Mar.	9	iij	Mar.	22	ij	Mar.	25	1	32	Mar.	24	iiij
24	3	Mar.	28	iii	Apr.	10	ij	Apr.	11	23	5	Apr.	12	iiij
25	4	Mar.	17	vij	Mar.	30	vj	Apr.	1	7	53	Apr.	2	ij
26	5	Mar.	6	iiij	Mar.	19	iij	Mar.	21	16	42	Mar.	22	vj
27	6	Mar.	25	iij	Apr.	7	ij	Apr.	9	14	15	Apr.	9	iiij
28	7	Mar.	14	j	Mar.	27	vij	Mar.	28	23	3	Mar.	29	ij
29	8	Apr.	2	vij	Apr.	15	vj	Apr.	16	20	36	Apr.	16	vij
30	9	Mar.	22	iiij	Apr.	4	iij	Apr.	6	5	25	Apr.	5	iiij
Incarnati. xpi. D.	Lunaris latinoꝝ	Anni viſualis	menſis currētis	Feriarum	Anni viſualis	menſis currētis	Feriarum	Anni currētis	menſis compleri-	poſt meridiem	Hoꝛarum	Paſcalis	menſis viſualis	Feriarum

cũ oppõne media lũinariũ, atq; paraſceues ſiue. 14ᵉ. lunę iudęoꝝ obſuatione.

Anni	Cycl.	Luna prima mẽſis	dies.	ſiũs.	Luna.xiiij. mẽſis	dies	ſiũs.	Oppoſitio mẽſis	dies	hoꝛ	Mi.	Paraſceue mẽſis	dies	ſiũs
31	10	Mar.	11	j	Mar.	24	vij	Mar.	26	14	13	Mar.	26	ij
32	11	Mar.	30	j	Apr.	12	vij	Apr.	13	11	46	Apr.	14	ij
33	12	Mar.	19	v	Apr.	1	iiij	Apr.	2	20	34	Apr.	3	vj
34	13	Mar.	8	ij	Mar.	21	j	Mar.	23	5	23	Mar.	22	ij
35	14	Mar.	27	j	Apr.	9	vij	Apr.	11	2	56	Apr.	11	ij
36	15	Mar.	16	vj	Mar.	29	v	Mar.	30	11	44	Mar.	30	vj
37	16	Mar.	5	iij	Mar.	18	ij	Mar.	19	20	33	Mar.	20	iiij
38	17	Mar.	23	j	Apr.	5	vij	Apr.	7	18	6	Apr.	7	iij
39	18	Mar.	12	v	Mar.	25	iiij	Mar.	28	2	54	Mar.	27	vj
40	19	Mar.	31	v	Apr.	13	iiij	Apr.	15	0	27	Apr.	15	vj
41	1	Mar.	20	ij	Apr.	2	j	Apr.	4	9	16	Apr.	3	ij
42	2	Mar.	9	vj	Mar.	22	v	Mar.	24	18	4	Mar.	24	vij
43	3	Mar.	28	v	Apr.	10	iiij	Apr.	12	15	37	Apr.	12	vj
44	4	Mar.	17	iij	Mar.	30	ij	Apr.	1	0	25	Apr.	1	iiij
45	5	Mar.	6	vij	Mar.	19	vj	Mar.	21	9	14	Mar.	22	ij
46	6	Mar.	25	vj	Apr.	7	v	Apr.	9	6	47	Apr.	8	vj
47	7	Mar.	14	iij	Mar.	27	ij	Mar.	29	15	35	Mar.	29	iiij
48	8	Apr.	2	iii	Apr.	15	ij	Apr.	16	13	8	Apr.	15	ij
49	9	Mar.	22	vij	Apr.	4	vj	Apr.	5	21	57	Apr.	5	vij
50	10	Mar.	11	iiij	Mar.	24	iij	Mar.	26	6	45	Mar.	25	iiij
51	11	Mar.	30	iij	Apr.	12	ij	Apr.	14	4	18	Apr.	14	iiij
52	12	Mar.	19	i	Apr.	1	vij	Apr.	2	13	6	Apr.	1	vij
53	13	Mar.	8	v	Mar.	21	iiij	Mar.	22	21	55	Mar.	23	vj
